

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE,

QUO

ORATIO PHILIPPICA QUARTA DEMOSTHENI ABIUDICATUR;

QUOD,

FAVENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE

RECTORIS MAGNIFICI

PETRI DRIESSEN,

Med. Prof. Ord.

ET

CONSENTIENTE FACULTATE PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM,

PRO GRADU DOCTORATUS,


in Philosophia Theoretica et Literis Humanioribus, rite ac legitime capessendis,

ERUDITORUM DISCEPTATIONI SUBMITTIT

WILHELMUS HUBARTUS VERSTEEG,

Rector Gymnasii Drusiburgensis,

a. d. VI Aprilis MDCCCXVIII. Hora XI.



GRONINGAE,

apud R. J. SCHIERBEEK, Bibliopolam.

VIRIS AMPLISSIMIS

GYMNASII DRUSIBURGENSIS

CURATORIBUS,

EVERHARDO ALEXANDRO VERHUELL,

I. U. D.

IOANNI ANDREAE TENGBERGEN,

I. U. D.

MAGISTRATUUM DRUSIBURGENSIUM

PRAESIDIBUS.

ET

E T

HENRICO THEODORO HOOGEVEEN,

MED. DOCT.,

URBIS DRUSIBURGENSIS ARCHIATRO,


OBSERVANTIAE CAUSA,

D. D. D.

AUCTOR.

PRAE-

PRAEFATIO.



Quum, ex decreto optimi Regis nostri omnes, qui Literas Humaniores publice tradituri sunt, Doctoratus Philosophiae Theoreticae et Literarum Humaniorum gradum capesſere oporteat, ego ea lege atque conditione primum Scholae Latinae Vadenſi, nunc Gymnaſio publico Druſiburgenſi praefectus ſum, ut quam primum Doctoris gradum conſequerer.

Non erubesco fateri, me perdiu haeſitasſe in materia Speciminis Literarii Inauguralis eligenda, quae vires meas non excederet, et propoſito tamen aliquatenus ſatisfaceret. Literis enim destinatus, a medio curſu, Academia Harderovicena exſtincta et infelicisſimorum temporum calamitate, revocatus, Amſtelodami in aliis negotiis, cum hisce lite-



teris nihil quidquam commune habentibus, per quatuor annos ita verſatus ſum, ut non niſi paucas horas ſubſecivas ad animi oblectamentum iis dare potuerim. Patria vero restituta, amicis meis ſuadentibus, in primis vero auctore Jano Ten Brink *V.C. praeceptore carisſimo, novo cum ardore in literas incubui, quantum per caetera negotia licuit. Tum id fortunae habui, ut eiusdem Viri commendatione* Davides Jacobus van Lennep *V.C. me ad ſodalitium, in quo ſemel per hebdomada discipulis provectioribus auctores Graecos et Latinos domi ſuae explicat, humane admiſerit; pro quo beneficio huic Viro, meo praeconio maiori, publice gratias ago habeoque. — Quum igitur incertus haererem de ſcriptionis argumento, forte incidi in Orationem celeberrimi Viri* L. C. Valckenaerii *de Philippi Amyntiadae virtutibus, rebus gestis, cauſis externis fractae libertatis Graeciae; ubi in annotatione quadam(*) dicit Vir ſummus: ,, Demoſthen. de Cherſ. p, 55, § 14. οὐδενὶ caet. Et haec et alia permulta ad verbum eadem le-*

(*) p. 251.



leguntur in quarta Philippica, quae mihi quidem ex Demosthenicis ab alia manu videtur conflata." Haec sententia in Prolegomenis ad Orationem Leptineam ex recensione Fred. Aug. Wolfii *V. C. his verbis repetita est: „certe locus in Ph.* IV, *p.* 100 *E, ubi vectigalia civitatis* 150 *talentûm non superare dicuntur, ad superiora tempora pertinet, si qua omnino fides est Orationi illi, quam Orationem Valckenaerius, plane me probante, suspectam habet* (†)."

Primum quidem mirabar, quare argumenta hanc sententiam probantia non adiecissent Duumviri; deinde vero animum induxi, ut crederem, summis Viris non tanti visum fuisse, ut rem sibi penitus perspectam multis rationibus demonstrarent. — Me vero non inutilem operam impensurum existimavi, si, pro viribus, caussas explicare conarer, propter quas Viri Clarissimi Orationem, quae Philippica quarta dicitur, Demostheni abiudicaverint. — Equidem non im-

(†) Lucchesini Philippicam IV. vocat *Emblema vermiculatum.*



immemor ſum, eorum, quae dixit Taylorus *Vir doctisſimus ad Aeſchinis Epistolas, cuius verba hic addere placet. „Probe ſcio, rem esſe omnium difficillimam, disputare de his fallaciis, quae ab aliorum aut fraude, aut nimio otio profectae, aetati nostrae obtruduntur: novi, quam lubrico in loco verſetur ille, qui id elaborat, ut alium de genere Orationis, de charactere dicendi, de verborum ſententiarumque luminibus, ea perſentiſcere adducat, quae ipſe ſecum experiatur; ſibi licet non ſolum perſuadeat, verum etiam medullitus concipiat, penitusque et totus ad eum ſenſum ſententiamque componatur. Non quod, quum de ſtylo auctoris, de ſcribendi meditandique genere, de ſententiarum pondere et gravitate, de colore Orationis, caeterisque id genus disputes, levisſimam eam confirmandi rationem esſe crediderim, aut potius non in ea vim esſe maximam; verum, quum de iis in publicum disſeras, ea disputatio auditores postulat (id quod non ſemper ſieri ſolet) eodem literarum genere excultos, ad eiusmodi ſtudia et*

cri-



crisin, auribus, sensu et iudicio confirmatos, usu denique exercitatos, atque eo demum otio abundantes, quo ipse fueris, qui istos auctores edidicisti, atque in iis quasi expendendis fuisses innutritus."

Haec vero non ad meum spectant propositum, quippe qui versor in argumento, quamvis ad criticam, quae sublimior dicitur, pertinente, attamen tam facili, ut neque iudicium subactum, neque magnam eruditionem desideret, sed rationibus probabilibus, maxime ab historia petitis, probabiliter tractari possit. Lectores igitur serena fronte hunc libellum accipiant velim, et simul cogitent, illum non ab auctore conscriptum esse, ut sibi famam pareret, sed ut legi et necessitati obtemperaret.

Antequam finem huic praefationi imponam, mihi grati animi officium praestandum est Praeceptori carissimo Jano ten Brink *V.C. antea Academiae Harderovicenae, nunc Groninganae Professori, qui tanta in me beneficia contulit, quae mihi nunquam memoria excident. Spero fore, ut diu ad magnum*



gnum literarum emolumentum vivat, et cum uxore et liberis iucundissimam vitam agat. Neque etiam praetermittere possum, quin Viris praestantissimis, qui Gymnasio publico Vesaliensi praefecti sunt in primis vero huius Gymnasii Directori, J. C. Alb. Eichelbergio *Med. D. Viro eruditissimo quam maximas gratias agam pro bona institutione, pro amicitia, qua me hospitem, perinde atque civis essem, dignati sunt. Caeterum valeas, benevole Lector! mihique faveas.*



CON-

CONSPECTUS.





DE



DE TEMPORE, QUO PHILIPPICA QUARTA, SI GENUINA DEMOSTHENIS ORATIO FORET, HABITA ESSET, RERUM CUM MACEDONUM REGIS, TUM ATHENIENSIUM HABITA RATIONE.

Nulla de rebus publicis oratio probe intelligi potest, nisi omnia, quae Orator respexit, penitus cognoscantur. Itaque mihi orationem Philippicam quartam Demostheni abiudicanti necesse visum est, ut, priusquam rem ipsam aggrederer, res tam civitatum Graeciae, in primis Atheniensium, quam Philippi Regis Macedonum, ad historiae fidem Lectoribus ante oculos ponerem.

Non laeta quidem rerum facies sese nobis offeret; aurea enim illa Graeciae aetas iam

diu

diu praeterlapſa erat. Quum Demosthenes ad remp. Athenienſium accederet, cives eius plane a maiorum virtutibus desciverant.

Olyntho deleta anno primo Olympiadis CVIII, Philippus Athenienſibus (qui cum eo ab anno tertio Olympiadis CV de Amphipoli bellum gesſerant) pacem offert, quae et convenit anno ſequenti die octavo menſis Llaphebolion (Martis.)

Eodem anno Macedonum Rex, Cerſoblepte Thraciae Rege devicto, Phocenſes, quibuscum iam nonum annum fere omnes maiores Graeciae civitates, praeter Athenienſium, bellum ſacrum libertati totius Graeciae infestisſimum gerebant, Thesſalorum ope opprimit, omnes Phocidis oppida devastat et Thermopylas obſidet. Eiusdem Olympiadis anno tertio Philippus cum Athenienſibus expugnationem Phocidis communicat, eosque rogat, ut ipſum inter Amphictyonas recipi patiantur; quae ut faciant, Demosthenes auctor est in Oratione de pace. Amphictyonum decreto Athenienſibus προμαντεία, ius primum oracula conſulendi, adimitur et Philippo traditur. Regis ſtudioſi Me-

Megara potiri conantur. Alia factio auxilium petit ab Athenienſibus, quo facto Phocion ad Philippi conſilia fruſtranda dimittitur. Demoſthenes cum caeteris legatis Meſſenam proficiſcitur ibique pacem componit Meſſenios inter et Lacedaemonios. Totam deinceps peragrat Peloponneſum et ubique Philippum ſuspectum reddit. Anno primo Olympiadis CIX Demoſthenes certiores facit Athenienſes, ſe legationem in Peloponneſum perfeciſſe. Philippus rurſus bellum gerit cum Illyriis, eorumque regionem devaſtat. Etiam in Theſſaliam rurſus proficiſcitur, auget claſſem et piratas perſequitur in mari Aegeo; ſimul Athenienſes excitat, ut ſuam claſſem cum ipſius claſſe eodem conſilio coniungant, quod hi, ſe maris dominos exiſtimantes, cum faſtu recuſant. Sequenti anno Philippus inſulam Haloneſum, piratae Soſtrato ereptam, Athenienſibus dono offert. Auctor orationis de Haloneſo civibus ſuadet, ut inſulam dono accipere nolint, ſed eam tanquam legitimam civitatis poſſeſſionem a Rege expoſcant. Thraciae Rex Cerſobleptes, a Philippo per inducias, quas cum Athenienſibus habebat,

 quam

quam celerrime perdomitus, ſe in libertatem vindicare ſtudet. Philippus igitur eius regnum invadit, eo conſilio, ut Cerſoblepten imperio dejiciat, ſeque ipſum totius Thraciae orae maritimae dominum reddat. Quibus conatibus obſistit Diopithes dux colonorum, quos tunc temporis Athenienſes in Cherſoneſum miſerant. Hic ſponte ſua audet Cerſoblepti auxilium ferre et Philippo bellum inferre. Subſequitur enim exercitum Macedonicum per oram Propontidis, nonnullas urbes devastat, omnesqae naves Macedonicas, quotquot earum conſequi potest, ſubducit. Athenis Macedonum Regis amici quidem illum acerbe reprehendunt, Demosthenes vero caeterique patriae amantes illum defendunt, civibusque adeo ſuadent, ut illius exercitum augeant. In Oratione de Cherſoneſo, Demosthenes populo neceſſitatem et utilitatem eorum, quae a Diopithe erant gesta, probat, ita ut Athenienſes haud obscure ſignificarent, Cerſoblepten, civem Athenienſem, a Philippi dominatione tutum eſſe oportere.

Hisce compertis Diopithes pălam profitetur,

ſe

ſe ab Athenienſibus iusſum esſe, Regem armis aggredi; ſimul omnem dat operam, ut exercitus augeatur, et cum Byzantinis foedus init. Hunc animorum apud cives ſuos motum Demosthenes magis etiam incitat egregia Oratione Philippica tertia, in qua omnem eloquentiae vim ad civium animos movendos et contra Philippum irritandos expromit. Ostendit illis pericula, in quibus etiam pacis tempore propter Regis inexplebilem dominandi libidinem verſentur; unam ait viam ſalutis esſe reliquam, novum ſcilicet certamen cum tyranno, qui iam diu pacem ruperit.

Hoc tempore plura evenerant Athenienſibus prospera, quae illis aliquam futuri ſuccesſus ſpem in bello cum Philippo afferrent. In inſula Euboea prope Atticam Philippus iam diu habebat amicos, eiusque copiae inſulam occupaverant, ad tuendos civitatum tyrannos, quos Philippus invitis Athenienſibus inſtituerat. Illo bellum gerente cum Thracibus, Athenienſes, auctore Demosthene, repente opprimunt Euboeam, et, tyrannis eorumque ſatellitibus expulſis, civitates in libertatem vindicant.

Brevi tempore post Macedonum Rex primum Perinthum, tum inde repulſus Byzantium expugnare volebat. Hoc tempore Demoſthenis Oratio, quae Philippica quarta dicitur, habita esſet, ſi germana exiſtimaretur. Ita narrat Dionyſius Halicarnasſenſis (a), idque conſirmatur ipſa oratione, in qua tamen ſemel tantum et tanquam παρέργα haec monentur. His igitur expoſitis ipſum Orationis argumentum explicabimus.

ARGUMENTUM.

Dionyſius Halicarnasſenſis, in Epistola ad Ammaeum de Demosthene, hanc Orationem Philippicam undecimam vocat. Cuius ſunt haec verba: (b) μετὰ Σωσιγένην ἄρχων ἐστὶ Νίκομαχος, ἐφ' οὗ τὴν ἑνδεκάτην δημηγορίαν διελήλυθε, περὶ τοῦ λελυκέναι τὴν εἰρήνην Φίλιππον, καὶ τοὺς Ἀθηναίους πείθει Βυζαντίοις ἀποστεῖλαι βοήθειαν· ἧς ἐστὶν ἀρχή· Καὶ σπουδαῖα νομίζων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περὶ ὧν βου-

a) Epist. ad Ammaeum vol. II. p. 123. Ed. c. Sylburg.
b) l. c.

βουλεύεσθε, καὶ ἀναγκαῖα τῇ πόλει, πειράσομαι περὶ αὐτῶν εἰπεῖν i. e. Post Soſigenem Archon fuit Nicomachus, quo magistratu (Demosthenes) undecimam orationem habuit, de rupta a Philippo pace, in qua etiam Athenienſibus ſuadet, ut Byzantinis auxilium mittant; cuius initium est: *quum de rebus ſeriis et civitati utilibus vos deliberare, o Athenienſes! putem, de iis dicere aggrediar.*

Libanius ſophista huius orationis argumentum ita describit.

Καὶ οὗτος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχει τῷ φθάνοντι· καὶ πλέον οὐδὲν, οὔτε ἴδιον, πλὴν τὸ περὶ τῆς ὁμονοίας πολίτευμα· διαφερομένων γὰρ τῶν πλουσίων πρὸς τοὺς πένητας, ὁ Δημοσθένης καταπαύειν πειρᾶται τὴν στάσιν, τῷ μὲν δήμῳ παραινῶν μὴ δημεύειν τὰς τῶν πλουσίων οὐσίας· τοῖς δὲ πλουσίοις, μὴ φθονεῖν τοῖς ἀπόροις τοῦ δημοσίου λήμματος. πείθει δὲ τοὺς Ἀθηναίους, καὶ πρὸς τὸν Περσῶν βασιλέα περὶ συμμαχίας πρεσβεύεσθαι. i. e. Haec oratio idem habet argumentum atque praecedens, neque amplius, neque peculiare quidquam praeter illam de concordia rationem. Nam divitibus a pauperibus disſentientibus, Demosthenes ope-

ram dat, ut feditionem compefcat; plebi fuadens, ne divitum fortunas publicet; divitibus, ne tenuioribus lucellum illud, quod e publico percipiunt, invideant. Suadet etiam Athenienfibus, ut Regis Perfarum per legatos focietatem expetant.

Tertius fequitur Ulpianus, cuius tamen enarratio vel potius commentarius ita fufe et copiofe fcriptus est, ut neque lectoris patientia neque charta abuti velim, totum illum defcribendo et huic tirocinio inferendo. — Satis fit indicasfe, qualem fententiam Ulpianus, cuius commentarii in undeviginti Demosthenis orationes adhuc fuperfunt, in univerfum de hac oratione prodiderit. (*c*) Multus est in eius laude et faepius Grammaticos, qui ante eum hanc orationem explicaverant et diviferant, reprehendit, et fe primum ait eius confilium et nexum recte perfpexisfe. Hosce commentatores diferte vocat (*d*) Alexandrum, Diocorum et celebrem Ze-

(*c*) Quis fuerit Ulpianus, nescitur; attamen ex ipfo Ulp. ad Demosth. p. 19 C. ed. H. WOLFII conjici potest, illum demum verfus finem faeculi quarti P. C. N. vivere potuisfe.

(*d*) Ulp. ad Dem. p. 44 A.

Zenonem. Utinam haberemus horum virorum de hac oratione iudicia! non ſane incerti fluctuaremus. Magnopere enim ſtudet Ulpianus omnes errores veriſimilitudinis ſpecie quaſi obducere, quod, quum operae pretium ſit, quemadmodum fecerit, probe intelligere, haec paucis delineare non alienum duxi. Quo melius haec perficiamus, ipſius commentarii initium citabimus. (e)

Καὶ σπουδαῖα νομίζων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περὶ ὧν βουλεύεσθε, καὶ ἀναγκαῖα τῇ πόλει.) (f) ἠγνοήκασιν οἱ πρὸ ἡμῶν ἐξηγησάμενοι, καὶ διελόντες τὸν δέκατον λόγον· ὅτι πρός τινα ἐξαίφνης ἐπαγγελίαν, ἤκουσαν ἐκ τῆς Θρᾴκης, δυσχερῆ, ποιεῖται ὁ Δημοσθένης τὸν λόγον. ὅθεν αὐτῷ καὶ πρὸς σπουδὴν διὰ τὴν χρείαν τὴν παροῦσαν, τότε ἐκπεφώνηται ὁ λόγος. καὶ τοῦτον αἴτιον γέγονε, τοῦ μὴ σκεψάμενον ἴδιον σκέμμα ἐπὶ τῇ ὑποθέσει ταύτῃ, τότε παρελθεῖν· τῶν καιρῶν μὴ ἐνδιδόντων αὐτῷ. δῆλος γάρ ἐστι Φίλιππος ἐπαμύνων Καρδιανοῖς, Διοπείθους αὐτοῖς ἐπιόντος. δι' ὃ τῶν μεταξὺ τόπων μέμνηται, ὡς ἀμφισβητουμένων ἐν τῷ ἑβδόμῳ. εἴρηκε δὲ ἐν τῷ ὀγδόῳ, ἀλλ' εἰ δεῖ τεκμαίρεσθαι ἐκ

(e) Ulp. ad Dem. p. 43. ſeq.

(f) Hoc est initium orat. quae Publip. IVta. dicitur. pag. 131. ed. Reiskii.

ἐκ τῆς ἐπιστολῆς, ἧς ἔπεμψε πρὸς ὑμᾶς· ἀμυνεῖσθαι φησὶ τοὺς ἐν Χερσοννήσῳ. Κοινότητος δὲ οὔσης πολλῆς ἐν τοῖς πράγμασιν, τῷ πρὸς Φίλιππον γίνεσθαι τὸν λόγον, ἀδικοῦντα, καὶ παραβεβηκότα τὴν εἰρήνην. Ἐξ ἑτοίμου μὲν τὰ πολλὰ, ἐκ τῶν ἤδη εἰρημένων λόγων λαμβάνει. ὅμως δὲ τοῖς παροῦσιν ὡς οἰκειότατα αὐτὰ ἐφαρμόζει. ποθὲν δὲ ἐστι Φίλιππος καταφανὴς Καρδιανοῖς βεβοηθηκέναι, καὶ τ᾽ἄλλα περὶ τὴν Θρᾴκην λυμηνάμενος ἅπαντα, λυπεῖν τὸν δῆμον; ἐξ ὧν ὁ ῥήτωρ φησὶν. εὐθὺς γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦτο ἐπισημαίνεται, λέγων, ἢν προσαγγελθῇ τι νεώτερον. καὶ ἡ μὲν οὖν ἀσέλγεια καὶ ἡ πλεονεξία, τοσαυτὴ τοὶ πλῆθος ἐστὶν, ὅσην ἀκούετε. καὶ μεσοῦντος ἤδη πάλιν τοῦ λόγου προστίθησι. Πρὶν ἄν, ὥσπερ νῦν, αὐτὰ παρῇ τὰ πράγματα. Καὶ ταῦτα μὲν ἐστὶν ἅπαντα, δηλωτικὰ τοῦ ἀπηγγέλθαι τι· τοῦ δὲ ὅτι βοηθεῖ Καρδιανοῖς, ἐβοήθει. ταῦτα γὰρ ἅπαντα, δηλωτικὰ σαφῶς τῆς ὑποθέσεως. i. e. quum et gravia existimem, Athenienſes, ea, de quibus deliberatis, et necesſaria Reipublicae) qui decimam orationem ante nos expoſuere ac diviſere, ignorarunt, hanc orationem a Demosthene ad quendam ſubitum parumque ſecundum nuncium, allatum e Thracia, fuisſe habitam. Quamobrem etiam festinanter, ob urgen-

gentem tum necesſitatem, eam pronunciavit. Idque in cauſa fuit, quo minus peculiarem de hoc argumento orationem meditatus prodiret, temporis angustiis excluſus. Apparet enim, Philippum ſuppetias venisſe Cardianis, Diopithe eos aggresſo. Quapropter interiectorum locorum tanquam dubiorum in ſeptima meminit et in octava dixit: ſed ſi coniectura capienda est ex ea epistola, quam ad vos miſit, ſe ulturum eos ait, qui in Cherſoneſo ſunt. Quum autem res inter ſe multum ſint cognatae, quia adverſus Philippum iniuste agentem et pacem violantem inſtituta haec est oratio; pleraque ex orationibus prius habitis deſumpta quaſi e penu promit, et tamen negotiis, de quibus nunc agitur, quam aptisſime accomodat. Unde autem patet, Philippum opem tulisſe Cardianis, et caeteris Thraciae locis vexandis omnibus molestum esſe populo? Ex ipſius oratoris verbis. Nam ſtatim indicat, dicens: ubi quid novi nunciatum fuerit etc. Ac improbitatis et rapacitatis quidem tantus est numerus, quantum auditis. Ac rurſus media fere oratione adjicit: priusquam, ut nunc, ipſae res adfuerint. Quae omnia

nia indicio ſunt, nunciatum eſſe aliquid. Cardianis autem opem tuliſſe Philippum, verbum *opitulatur* declarat. Haec enim omnia perſpicue ostendunt argumentum.

Nemo non videt, in his dictis aliquid ineſſe, quod parum commentatori, magis vero laudatori et defenſori conveniat. Ipſe Ulpianus vitia deprehendiſſe mihi videtur, quibus haec oratio laborat; ſed quum ſemel defenſionem istius ſuſcepiſſet, omnes vires intendit, quo ſententiam ſuam magis magisque corroboraret.

Quodſi igitur, quae ex Ulpiano laudavimus, contra historiae fidem et tanquam inter ſe pugnantia ostenderimus; nullus dubito, quin hunc commentatorem dimittamus, et tantum, ubi opus erit, ad partes vocemus.

Hanc orationem habitam eſſe dicit ad ſubitum quendam parumque ſecundum nuncium, e Thracia allatum; Philippum nempe opem tuliſſe Cardianis, et caeteris Thraciae locis vexandis omnibus molestum eſſe populo. Quae quum tribus orationis locis probare conetur, videamus, quo nexu orator haec dixerit. Primus locus est: ἤν προσαγγελθῇ τι νεωτερον.

Haec

Haec verba in prooemio orationis Philippicae quartae inveniuntur; quamobrem ipſa oratoris verba addamus, quibus lectis nemo dubitabit, Ulpianum aut male hunc locum intellexisſe, aut fallacia in illo interpretando uſum esſe.

Καὶ σπουδαῖα νομίζων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περὶ ὧν βουλεύεσθε, καὶ ἀναγκαῖα τῇ πόλει πειράσομαι περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, ἃ νομίζω συμφέρειν· οὐκ ὀλίγων δ᾽ ὄντων ἁμαρτημάτων, οὐδ᾽ ἐκ μίκρου χρόνου συνειλεγμένων, ἐξ ὧν φαύλως ταῦτ᾽ ἔχει, οὐδὲν ἐστὶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν πάντων δυσκολώτερον εἰς τὸ παρόν, ἢ ὅτι ταῖς γνώμαις ὑμεῖς ἀφεστήκατε τῶν πραγμάτων· καὶ τοσοῦτον χρόνον σπουδάζετε, ὅσον ἂν κάθησθε, ἀκούοντες ἤν προσαγγελθῇ τι νεώτερον, εἶτ᾽ ἀπελθὼν ἕκαστος ὑμῶν οὐ μόνον οὐδὲν φροντίζει περὶ αὐτῶν, ἀλλ᾽ οὐδὲ μέμνηται. i. e. Quum de gravibus et Reipublicae necesſariis rebus vos, o Athenienſes, deliberare putem, de his dicere conabor, quae e Republica esſe arbitror. Quamvis autem peccata non pauca ſint, neque parvo tempore cumulata, per quae in haec mala incidimus, nihil tamen omnium est, Athenienſes, in praeſentia difficilius, quam quod vos animis a rebus gerendis ab-

abhorretis, et tantisper navatis operam, dum ſedetis et auditis, ubi quid novi nunciatum fuerit, deinde vestrum quisque digresſus non modo non curat ea, ſed ne meminit quidem.

Nullum hic novum nec ſubitum nuncium video, qui huic orationi anſam dare potuerit. Orator ob ignaviam reprehendit Athenienſes iisque exprobrat, quod non niſi novas res curent, quas ſi ſemel audiverint, plane negligant.

Multus est Demosthenes in Athenienſium levitate et ignavia reprehendenda, eiusque morum ſeveritas et tristitia propter calamitates Reipublicae impendentes ubique in orationibus apparent. Huius rei tanquam testem citabo locum ex oratione, quae inſcribitur Philippica prima, qui ſufficiet ad dicta mea confirmanda. (g) ,, Quare ſi et vos, Athenienſes, eodem velitis esſe animo nunc, quando prius id factum non est, et quisque vestrum id, quod et opus ſit, et praestare ipſe posſit, in uſum Reipublicae, omisſa omni tergiverſatione, facere ſit paratus; lo-

(g) Dem. Ph. 1. p. 42. l. 5. ed. Reiskii.

locupletes tributo conferendo, iuvenes militando; et ut fimpliciter breviterque dicam, fi vestri compotes ipfi fieri volueritis, et defieritis ipfi nihil agere, dum fperatis alium pro vobis facturum esfe omnia: fic et vestra recuperabitis, fi Deus velit, amisfaque per focordiam, denuo recipietis et illum ulcifcemini. Neque enim putetis, tanquam Deo res istas illi fixas esfe et immortales! Multi enim, Athenienfes, eum odio habent et metuunt, multi quoque eorum, qui nunc ei videntur esfe coniunctisfimi, ei invident; univerfa enim, quae fere in aliis hominibus infunt, ea in eius quoque fociis existimandum est inesfe. Nunc tamen haec omnia fupprimuntur, quum nullum confugium habeant propter vestram tarditatem et focordiam; quam deponendam esfe dico etiam atque etiam." — Et paullo post.

„Quando igitur, Athenienfes, agenda quae funt, agetis? Ubi aliquid acciderit? Ubi, credo, necesfitas aliqua fuerit? Quid vero de iis, quae nunc fuerunt, est exiftimandum? Nam ego quidem arbitror, liberis hominibus maximam esfe necesfitatem, fusceptum in rebus gerendis de-

dedecus. Num vultis, circumeuntes alius percontari alium in foro: Age dic mihi, *numquid affertur novi?* Potestne aliquid magis novum accidere, quam quod Macedo ſubigit Athenienſes et res Graeciae adminiſtrat? &c."

Eodem referri debent, quae deinceps laudat Ulpianus καὶ ἡ μὲν οὖν ἀσέλγεια καὶ ἡ πλεονεξία τοσαυτὴ τὸ πλῆθος ἐστὶν, ὅσην ἀκούετε. Philippi intemperantiam et imperandi libidinem ſaepisſime notat Demosthenes. Exemplo ſit, quam modo laudavimus, oratio Philippica prima, in primis vero Philippica tertia. Semper fere orator, ubi de ignavia civium queritur, Philippi dominandi libidinem aliaque vitia notat, quo magis Athenienſes ad officia perficienda incitet.

Tandem Ulpianus locum adjicit, qui primo obtutu aliquam veri ſpeciem habere videtur: ὑμεῖς τοίνυν οὔτ' ἀκούετε πρὶν ἂν, ὥσπερ νῦν, αὐτὰ παρῇ τὰ πράγματα. i. e. Vos autem non auditis, priusquam res ipſae adſunt, ut nunc. Haec verba ſeorſim ſpectata, neque nexus orationis habita ratione, Ulpiani ſententiam confirmare videntur. Quodſi vero ea accuratius cum iis, quae

an-

antecedunt, comparaveris, omnia alia esſe deprehendimus. Locutus erat orator de locis, quae Philippus in Thracia occupaverat, et paullo ante dixerat, illum, nemine Athenienſium bellum decernente, Cardianis opem tulisſe. (*g*) Quod nullo modo novum et ſubitum nuncium nominari potuisſe, nunc, alteram Ulpiani ſententiam oppugnaturi, ostendere conabimur.

Ultima verba, quae ex Ulpiano citavimus, repetere placet: „(Philippum) autem Cardia-„nis opem tulisſe, verbum *opitulatur* de-„clarat. Haec omnia perſpicue ostendunt ar-„gumentum."

Novus igitur et ſubitus nuncius, propter quem, ſecundum Ulpianum, haec oratio habita ſit, ille erat, quo Athenienſes de Philippi in Thracia inimicitiis et de auxilio, quod Cardianis miſerat, certiores facti esſent. Age videamus, quomodo haec contra historiae fidem pugnent. — Ex Dionyſio Halicarnasſenſi (*h*) conſtat, Orationes de Cherſoneſo et Philippicam

(*g*) Ph. IV. p. 136. l. 9. ſeq.

(*h*) l. c.

eam tertiam anno praecedenti esſe habitas, in quibus omnia, quae in Philippica quarta de rebus gestis in Cherſoneſo dicta ſunt, orator commemorat. — Verbum βοήθει, quod tanquam testem adhibet, in ea orationis parte invenitur, quae tota ex oratione de Cherſoneſo deſumta est (*i*) Nulla igitur ratione dici poterat, ſubitum nuncium esſe allatum de re, quae ante annum iam nota erat Athenis et propter quam Demosthenes duas orationes habuerat. Itaque cadat necesſe est hoc Ulpiani argumentum, quo festinationi tribuit, quae oratori ſubito loquenti vix ac ne vix quidem, ſed ei, qui orationem ſcripto mandat, nullo modo ignosci posſunt.

Restat, ut ex iis, quae citavimus, gravem Ulpiani errorem arguamus ac refutemus. Lectoribus probare conatur, novum argumentum eo contineri, quod Philippus Cardianis auxilio venisſet; quo et ſequentia ſpectant. „Apparet enim (ſunt Ulpiani verba), Phi„lippum ſuppetias venisſe Cardianis, Diopi-

(*i*) Ph. IV. p. 139. l. 9. Or. de Ch. p. 103. l. 29 et p. 104 l. 1—3.

„pithe eos aggresſo. Quapropter interiectorum „locorum tanquam dubiorum in ſeptima memi„nit et in octava dixit: ſed ſi coniectura ca„pienda est ex ea epistola, quam ad vos miſit, „ſe ulturum eos ait, qui in Cherſoneſo ſunt."

Quod ad orationem ſeptimam attinet, non dubito, quin ſit ea, quae oratio de Haloneſo dicitur; quandoquidem Philippicam quartam vocat decimam, et illam de Cherſoneſo, ut deinceps ostendemus, octavam. Itaque veriſimile est, (quod temporum rationibus quoque convenit,) ſeptimam eſſe orationem de Haloneſo, (*) nonam vero, quam non memorat Ulpianus, eam, quam nos Philippicam tertiam appellamus. In oratione de Haloneſo, quae Demoſtheni quoque abiudicatur, (*k*) non tantum ſermo est de inſula Haloneſo, quam Philippus piratae Sostrato eripuerat, et Athenienſibus, qui eam ut ſuam posſesſionem vindicabant,

do-

(*) Cf. Harpocration in voce Ἡγήσιππος et H. Valeſ. Not. ad Harpocr. p. 17 ad p. 117 l. 19.

(*k*) Vid. Libanius in Argumento Or. de Hal., qui quidem alios Grammaticos ſecutus est, ſed ſuae coniecturae indulgens Oratori Hegeſippo illam tribuit. Haec oratio habita est Olymp. CVIIII. 2.

dono dare, ut populi ſibi devinciret animos, voluerat, ſed etiam de rupta a Philippo pace, quam quatuor annis ante cum Athenienſibus conſtituerat. — Cerſobleptes, Thraciae Rex, quum Philippo, qui ei bellum intulerat, non amplius reſistere posſet, Cherſoneſum, Cardianorum civitate excepta, Athenienſibus (*l*) tradiderat; quum vero Athenienſes hanc quoque civitatem ut antiquam coloniam repeterent, Cardiani in Athenienſium potestatem redigi nolebant. Diu quidem ſuam libertatem contra Athenienſes haec civitas defenderat; nunc vero (*m*) Macedonum Regem tanquam defenſorem invocaverant, qui eis adverſus Athenienſes auxilio veniret. — Philippus Cardianis pollicitus erat, ſe arbitrum (*n*) fore ipſos inter et Athenienſes, ut ex epistola, cui Orator in Oratione de Haloneſo respondet, colligi potest: unde iam ab eo tempore Philippus cenſendus est Cardianis ſuppetias venisſe. — Eodem tempo-

(*l*) Dem. Or. c. Aristocr. p. 613. l. 4.

(*m*) Ol. CVIIII. 2.

(*n*) Or. de Haloneſo p. 87 l. 2. ſeq.

pore Rex alias Cherſoneſi urbes expugnaverat, veluti Serrion-Teichos, Ergiscen et Hieron-Oros (o), totamque adeo regionem extra Agoram Cardiano Apollonidi fruendam conceſſerat. Quomodo igitur Ulpianus dicere potuit, oratorem de his locis quaſi dubiis in hac oratione locutum eſſe? — Non praetermittere poſſum, quin hoc loco verba δι' ὃ τῶν μεταξὺ τόπων μέμνηται ὡς ἀμφισβητουμένων ἐν τῷ ἑβδόμῳ levi mutatione emendare ſtudeam. Hieronymus Wolfius, qui hunc commentarium Latine vertit, ſed, ut ipſe fatetur in praefatione, propter festinationem in textu, mille locis depravato, nihil mutavit, hoc quoque verbum asterismo notavit, quod ubique fecit, ubi vitia ſe deprehendiſſe existimabat. Quodſi igitur pro τῶν μεταξὺ τόπων μέμνηται legatur τῶν ἐν Θρᾴκῃ τ. μ. caet., omnia aptiſſime conveniunt. Sic etiam Ulpianus loco, ex oratione de Cherſoneſo citato, abuſus est. Verba enim ἀλλ' εἰ δεῖ τεκμαίρεσθαι ἐκ τῆς ἐπιστολῆς, ἧς ἔπεμψε πρὸς ὑμᾶς, ἀμυνεῖσθαι φήσι τοὺς ἐν Χεῤῥοννήσῳ in Oratione de Cherſoneſo (p) inve-

(o) Or. de H. p. 85. l. 27. ſeqq.
(p) Or. de Ch. p. 93. l. 26.

veniuntur, ubi tamen pro τεκμαίρεσθαι legitur σκοπεῖν, quod error Ulpiani memoriae esſe potest. — Haec duo verba non adeo differunt, quin eundem ſenſum conſtituere posſint: σκοπεῖν enim est *explorare*, *quaerere*, *obſervare*, *conſiderare*; τεκμαίρεσθαι vero *conjicere*, *argumentari*; utrumque igitur habet notionem *aliquid ex coniectura colligendi*.

Nunc videamus, quomodo hoc loco ad ſuam ſententiam confirmandam abuſus ſit Ulpianus. In oratione de Cherſoneſo Demosthenes primo ostendit, pacem esſe ruptam a Philippo; deinceps ostendit, utilisſimum Reipublicae et maxime necesſarium esſe Diopithis exercitum augeri. Inter alia argumenta etiam ea affert, quae modo citavimus; nam antea dixerat, quaecumque iam fecisſet Philippus, et quaecumque facturus esſet. — Inverſioni vero adverſariorum ita respondet: „Num vero perſuaſum nobis habemus, illum non in Cherſoneſum esſe venturum? Minime. Quodſi enim ex epistola, quam ad vos miſit, conjici liceat, ſe eos ulturum esſe ait, qui in Cherſoneſo ſunt." Deinceps, (*q*) quum

(*q*) Dem. Or. de Ch. p. 104. l. 1. *ſeqq.*

quum iam ſatis multa de Philippi iniustitia dixisſet, ſumma cum indignatione haec addit.

„Quae tandem cauſa est, Athenienſes, quum „Philippus ita manifeste bella gerat, iniuste „agat, urbes occupet, ut nostrorum nemo un„quam dixerit, eum iniuste agere, bellumque „facere; ſed, ut eos, qui haec committi non „debere existiment, accuſent, quaſi bellum „fecisſent? Ego docebo. Quoniam odium, „quod concipere ſoletis, ſi aliqua calamitate „in bello afficiamini, in eos convertere volunt, „qui vobis bene conſuluerunt; ut illos accu„ſetis, Philippum vero non ulciscamini; et „ut alios quidem accuſent, nec vero ipſi ra„tionem reddere cogantur de iis, quae nunc „faciunt. — Haec apud eos valent, ut dicant, „velle quosdam apud vos excitare bellum: „hinc illa oritur altercatio atque intercesſio. „*Ego autem certior factus ſum, Philippum,* „*quum nemo Athenienſium bellum decreve*„*rit, cum alia multa, quae civitatis ſunt,* „*tenere, tum nunc Cardianis auxilia miſisſe.*"

Quis tandem, haec legens, dicere potest, Demosthenem in hac Oratione de iis, quae a

 Phi-

Philippo in Cherſoneſo agebantur, aliquid ignoraſſe? Quid igitur de commentatore, qui aut ipſe per negligentiam falſus est, aut alios ſpecioſis ratiunculis fallere voluit, cenſendum est?

Ne tamen in contemnendo Ulpiano nimis mihi arrogaſſe videar, non alienum est, quaedam virorum clariſſimorum testimonia afferre, qui iam pridem in eandem ſententiam locuti ſunt. — Caſaubonus in commentario ad Theophrasti Characteres, ubi de male intellectis verbis (r) τρία ἡμιβόλια docte diſſerit, inter alia haec dicit: „tot locis apud ſummum oratorem (Demosthenem) extat loquendi hoc genus, in quibus omnibus lapſus est vir doctus (Hieronymus Wolſius), quum non obſervaſſet, quid inter τρία ἡμιτάλαντα, et τρίτον ἡμιτάλαντον intereſſet. Enimvero doctiſſimo viro facile ignosco, qui ἄλλοις ἐν ἐσθλοίς τόνδε ἀπωθεῖται ψόγον. Vapulet vero ſciolus ille Graeculus, qui Wolſium in errorem induxit." Deinde: „Haec ille; quae omnia falſa eſſe et inepta, ex ſu-

(r) Caſaub. ad Theophr. Charact. p. 93. ſeq. Ed. Fischeri.

ſuperioribus liquet." Et tandem aliquot lineis interpoſitis: „Eat nunc iste opicus, et dicat: πένθ' ἡμίχοα esſe τέτταρα καὶ ἡμίσυ." Caſaubonum vero iam ſuspicatum esſe, Ulpiani ſcholia ab aliena manu valde esſe interpolata, docet huius annotationis finis. „Abſit vero a nobis, ut haec et alia huius farinae, qualia nonnulla in illis ſcholiis obſervavimus, Ulpiano tribuamus" Idem vir doctisſimus alio eiusdem commentarii loco (*s*) eandem profert ſententiam. Haec ſunt eius verba: „Demoſthenes pro corona: ἀλλ' ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουν, ubi mire turbat Graecus interpres, non raro nimium quam impeditus dicam an imperitus?" — Nec magis honorifice Fredericum Augustum Wolfium V. C. de Ulpiano ſentire, ostendunt eius prolegomena in Demosthenis Orationem Leptineam, in quibus commentarium (*t*) Ulpiani obscuras gerras appellare non dubitavit.

Sed audiamus denique, quae idem vir doctisſi-

(*s*) l. l. p. 153.

(*t*) p. CXXXXII. not. 145.

ſimus de Ulpiano dixit in commentario ad Demosthenis Orationem Leptineam (*u*): „Nam „etſi vel maxime eundem ponam esſe hunc „ſcriptorem (argumenti Orationis in Leptinem „ἀδήλου) et Scholiastam, ne hoc quidem hodie „ſcitur, cui auctori ſcholia asſignari debeant, „quibus partem Orationum Demosthenicarum „habemus oppletam. Nomen, quod praefe-„runt, Ulpiani parum nos iuvat, hominis ae-„tatem, locum, reliqua eius omnia plane i-„gnorantes. Neque in ſcholiis ipſis invenias „quidquam, unde verior coniectura ducatur; „ut incertisſimum ſit, quod poſuerunt non-„nulli, (V. Suidas voc. Οὐλπιανὸς Ἀντιοχεὺς ibi-„que Kusterus, et Taylorus in Colleetaneis ap. „Reisk. Orr. graec. T. VIII. p. VII) Rheto-„rem ſeu Grammaticum ad Conſtantini Imp. „tempora videri dimittendum; etſi meliore „vix dignum habeas ſaeculo. Sane enim quam „multa dat puerilia, ſalſa, a re et loco pror-„ſus aliena, in dilucidis et verbis et ſenten-„tiis ſe iactans verboſe, obscuriorum contra „enarrator magis, quam interpres, veritatis

„le-

(*u*) Dem. Or. in Leptinem cur. F. A. Wolf. p 210, 211.

„lectionum rarisſime curioſus, denique novo-
„rum postillatorum in modum inanibus circum-
„locutionibus et disſectionibus Oratorem ene-
„cans, adeo ut legenti ſaepe nauſeam moveat
„et bilem. Vix viginti locos in toto Demos-
„thene putem reperiri, in quibus ille, quod
„non horum quoque temporum doctrina pos-
„ſit expedire, ſuppeditet. Sed eo maxime
„nomine ſuccenſeas homini, quisquis fuit,
„quod tam pauca excerpſit e commentariis
„antiquorum, quorum tamen copiam habere
„debebat, ſuaque inepta conſcribillare maluit,
„quam bona aliena dare, etc."

Haec opinor ſufficient, quo meam audaciam in carpendo hocce Scholiaste defendam, quippe non tantum virorum clarisſimorum auctoritatem ſecutus ſum, ſed probabiles quoque attuli rationes ſententiae meae confirmandae.



ΘΕΩΡΙΚΑ.

Inter argumenta, quae manifeste probant, hanc orationem Demostheni esse abiudicandam, gravissimum mihi esse videtur consilium de pecunia theatrali (θεώρικα), quod plane abhorret a Demosthenis mente, ut deinceps ostendemus. Sed necesse est prius nonnulla de hac re dicere, quo melius causam nostram agamus.

Postquam Athenienses inducias triginta annorum cum Lacedaemoniis fecissent, (ν) quotannis mille talenta in aerarium seponebant, qua pecunia non nisi in gravissimis Reipublicae periculis uterentur. Pericles vero hanc pecuniam bellicis sumtibus destinatam in alium usum convertit, Olim theatri sedes cuique primum advenienti patebant; deinde vero, quum turba spectacula frequentantium nimis ma-

(ν) Ol. LXXXIII. 4.

magna fieret indeque altercationes orirentur, quaevis in theatro ſedes emi debebat tam a civibus, quam a peregrinis. Quo facilius huius oblectamenti participes esſent Athenienſes, Pericles unicuique civium duos obolos ex pecunia militari tribui curabat, unum, ut ſpectacula viſerent, alterum, quo iactura temporis iis compenſaretur. Multis vero annis post, quum iam populus conſuevisſet hanc pecuniam accipere, Apollodoro (*w*) quodam hanc pecuniam in uſum militarem convertere conante, (*x*) Eubulus orator, qui gratiam apud populum pluris faciebat, quam Reipublicae ſalutem, legem pertulit, qua capitis damnaretur, quicumque pecuniam theatralem in uſum belli convertere auderet. Magnam ſane pecuniae vim ita abſumtam fuisſe quisque facile perſpicit, quippe dies festi tam multi erant, quos fere omnes publica inſequebantur ſpectacu-

(*w*) Ulpianus ad Dem. Or. Olynth. 1. p. 26. ed. H. Wolfii. Oratio contra Neaeram p. 1346, quae tamen multis veterum testimoniis Demostheni abiudicatur. cf. Libanius in argumento huius orationis.

(*x*) De oratore Eubulo vid. cl. D. Ruhukenius Hist. Crit. Oratt. Graec. p. 65 *ſeqq.*

cula. Non igitur mirum est, Demosthenem tantopere questum esse de huius pecuniae abusu iis temporibus, quibus tanti sumtus ad bella gerenda fieri debebant. Satis caute quidem, quia plebem, quae adeo spectaculis delectabatur, contra se irritare verebatur; sed serio tamen Atheniensibus suasit in Olynthiaca prima, ut hae pecuniae ad naves conficiendas, ad exercitum alendum, ad omnia denique sibi procuranda, quae ad usum belli necessaria essent adhiberentur. Sed placet ipsa Demosthenis verba proferre. (y)

Περὶ δὲ χρημάτων πόρου, ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρήματα ὑμῖν, ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά. ταῦτα δὲ ὑμεῖς οὕτως ὡς βούλεσθε λαμβάνετε· εἰ μὲν οὖν ταῦτα τοῖς στρατευομένοις ἀποδώσετε, οὐδενὸς ὑμῖν προσδεῖ πόρου. εἰ δὲ μὴ, προσδεῖ. μᾶλλον δ' ἅπαντος ἐνδεῖ τοῦ πόρου. τί οὖν, ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε. ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι στρατιώτας δεῖν κατασκευασθῆναι, καὶ ταῦτ' εἶναι στρατιωτικὰ, καὶ μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν, τοῦ τε λαμβάνειν, καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα· ὑμεῖς δὲ οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων ταῦτα λαμβάνετε εἰς

(y) Olynth. 1. p. 14. l. 18. *seqq.*

εἰς τὰς ἑορτάς. ἔστι δὴ λοιπὸν, οἶμαι, πάντας εἰσφέρειν, ἂν πολλῶν δέῃ, πολλά· ἂν ὀλίγων, ὀλίγα. δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων. λέγουσι δὲ καὶ ἄλλους τινὰς ἄλλοι πόρους, ὧν ἕλεσθε, ὅστις ὑμῖν ἂν συμφέρειν δοκῇ· i. e. Quod vero ad pecuniae reditum attinet, tanta est vobis pecunia militaris, quanta nemini. Hanc igitur impendite, prouti vobis in animo est. Quodſi igitur illam militantibus asſignetis, nullo egetis reditu, ſi minus, egetis. Quid vero, dicat aliquis, tune fers legem, hanc pecuniam oportere esſe militarem? Minime quidem! — Ego vero existimo, milites inſtrui oportere, hanc pecuniam militibus deberi et unam esſe rationem eandem et accipiendi et faciendi, quae oporteat: vos tamen hanc pecuniam ſine labore ad dies festos concelebrandos accipitis. Reliquum igitur est, ut omnes tributa conferant; ſi multis opus erit, multum, ſin paucis, parum. Omnino autem pecunia opus est, ſine qua nulla eorum, quae fieri debent, effici posſunt. Dicunt tamen alii alios quosdam reditus, ex quibus eligatis, qui vobis maxime conducere videatur.

Ha-

Haec quidem caute dicta ſunt, ſed ita tamen, ut quivis Oratoris ſententiam facile intelligere posſit. Hic operae pretium est, ea adiicere, quae Ulpianus ad hunc locum annotavit. (z) ἄξιον δὲ ἐπισημήνασθαι, ὅτι οὐδὲ ἐγχρονίζειν βούλεται τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῶν χρημάτων διὰ τὸ δυσχερές· ἀλλ' εὐθὺς μεταβαίνει πάλιν ἐπὶ τῶν εἰσφορῶν, ἵνα μὴ φαινήται τὴν πρὸς Εὔβουλον μάχην ἀλλὰ τῇ χρείᾳ τῶν πραγμάτων ἑπόμενος. πῇ μὲν ἀξιῶν τῶν θεωρικῶν ἐξίστασθαι, πῇ δὲ ἀπὸ τῶν οἰκείων εἰσφέρειν καὶ οὐ τοὺς πλουσίους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπόρους· ποιεῖ δε τοῦτο ἐξεπίτηδες. οὐκ ἐγχρονίζει μὲν γὰρ τῷ περὶ τῶν θεωρικῶν λόγῳ, διὰ τὸ ἀνιᾷν· οὐ μὴν οὐδὲ ἀφίσταται διὰ τὸ μὴ ἀλλαχόθεν εἶναι πόρον, τὸν δὲ περὶ τῆς εἰσφορᾶς ποιεῖται λόγον, οὐκ ὄντως τοῦτον ἔχων τὸν σκοπὸν, ἵνα εἰσένεγκωσιν, ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς εἰσφορᾶς καταναγκάσῃ τῶν θεωρικῶν ἐκστῆναι. i. e. Notatu dignum est, eum (Demosthenem) immorari noluisſe rationi de pecunia propter difficultatem, ſed ſtatim redit ad rationem de reditibus, ut non de industria Eubulo adverſari, ſed rerum necesſitatem ſequi videatur. Modo quidem existimat (civibus) abſtinendum esſe a pecunia theatrali, modo

(z) Ulp. praefatio in Orr. Olynth. Dem. p. 13. C.

do vero divites non tantum, ſed pauperes etiam oportere de ſuo aliquid afferre? Idque conſulto facit. Non enim rationi de pecunia immoratur, ut dolorem excitet (apud populum). Non tamen illam deſerit, quia non ſunt reditus aliunde, de tributo vero loquitur, non eo conſilio, ut aliquid conferant, ſed ut eos propter tributum abſtinere cogat a pecunia theatrali.

Caeterum *(aa)* Commentator primam huius orationis periodum *(bb)* ad rationem de pecunia theatrali refert, quaſi illa esſet introductio ad ea, quae deinceps hac de re disſeruit Orator. Simul hiſtoriam memorat, quam initio huius ſectionis enarravimus, quae convenit cum ea, quam Harpocration *(cc)* in voce Θεωρικὰ tradidit. Differt tamen Harpocration a Scholiasta in eo, quod non Periclem, ſed Agyrrhium Demagogum auctorem facit, ut hae pecuniae, quae olim ad bellicos ſumtus reponebantur, mi-

(aa) Ulp. in Olynth. 1. p. 16. c.

(bb) Dem. Olynth. 1. p. 9.

(cc) Harpocrat. in voce Θεωρικὰ p. 190. Ed. L. B. 1613. H. Valeſius ad h. l.

militares dictae, in apparatum ſpectaculorum et distributiones conferrentur. Scholiastes in fine huius annotationis ſequentia tradit, quae falſa esſe deinceps ostendere conabimur. διὸ ὁσάκις ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς μέμνηται αὐτῶν (τῶν θεωρικῶν) ὁ Δημοσθένης, συμβουλεύει μόνον ὥστε αὐτὰ λυθῆναι, οὐ μέντοι καὶ ἐγγράφως λέγει, ὅπερ ἦν ἐπικίνδυνον. ὅμως οὐκ ἔπεισεν αὐτοὺς λῦσαι, εἰ μὴ ὕστερον ἀναγκαζόμενοι τῷ πολέμῳ, τῆς πεποιήκασιν. i. e. Propterea, quoties in Philippicis huius rei meminit Demosthenes, ſuadet tantum, non etiam de ſcripto pronunciat, quod periculoſum erat, hanc legem esſe abrogandam. Non tamen perſuaſit, ut abrogarent; niſi forte id ipſi bello coacti fecerint. — Ad verbum ἀποδώσετε (dd) haec notat καλῶς εἶπε τὸ ἀποδώσετε, οὐχὶ δώσετε. ἀποδιδῶσι γάρ τις τὸ ἀλλότριον ἐκείνῳ, οὗ οἶδεν ἦν τὸ πρᾶγμα. ὥστε ταῦτα φησιν οὐκ ἔστιν ὑμέτερα, ἀλλὰ τῶν στρατιωτῶν οἰκεῖα i. e. Reddite, bene dixit reddite: non date: redditur enim alienum illi, cuius rem esſe conſtat. Proinde haec, inquit, non vestra est, ſed propria mili-

li-

(dd) Ulp. in Olynth. I. p. 21, A.

litum. (*ee*) Scholiastes igitur hoc loco ipſe fatetur, Demosthenem aperte et de industria dixisſe, hanc pecuniam oportere esſe militarem. Hoc quoque patet ex Olynthiaca tertia, quae proprie est ſecunda, (*ff*) ut prima proprie tertia vocari debet. „Omnes probe novimus, ait, fortasſe quispiam dicat, auxiliandum esſe (Olynthiis) et auxilium feremus; ſed quo modo, hoc dicito." Tum huic obiectioni respondens ita loquitur (*gg*) μὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θαυμάσητε, ἂν παράδοξον εἴπω τι τοῖς πολλοῖς, νομοθέτας καθίστατε. ἐν δὲ τούτοις τοῖς νομοθέταις, μὴ θῆσθε νόμον μηδένα· εἰσὶ γὰρ ὑμῖν ἱκανοί· ἀλλὰ τοὺς εἰς τὸ παρὸν βλάπτοντας ὑμᾶς λύσατε· λέγω δὲ τοὺς περὶ τῶν θεωρικῶν, σαφῶς οὑτωσί, καὶ τοὺς περὶ τῶν στρατευομένων ἐνίους· ὧν οἱ μὲν, τὰ στρατιωτικὰ τοῖς οἴκοι διανέμουσι θεωρικά· αἱ δὲ, τοὺς ἀτακτοῦντας ἀθῴους καθιστᾶσιν· εἶτα καὶ τοὺς τὰ δέοντα ποιεῖν βουλομένους ἀθυμοτέρους ποιοῦσιν. ἐπειδὰν δὲ ταῦτα λύσητε, καὶ τὴν τοῦ τὰ βέλτιστα λέγειν ὁδὸν πα-

(*ee*) Confer. quae ſtatim ad verba ἐνδεῖ τοῦ πόρου adjicit Ulp. in Olynth. I. p. 21. A. B

(*ff*) Cf. Dionyſ. Hal. in Epistola ad Ammaeum p. 121.

(*gg*) Dem. Olynth. Γ p. 31. l. 8. *ſeqq.*

παράσχητε ἀσφαλῆ, τηνικαῦτα τὸν γράψοντα, ἃ πάντες ἴστε ὅτι συμφέρει, ζητεῖτε. πρὶν δὲ ταῦτα πρᾶξαι, μὴ σκοπεῖτε, τίς εἰπὼν τὰ βέλτιστα ὑπὲρ ὑμῶν, ὑφ' ὑμῶν ἀπολέσθαι βουλήσεται· οὐ γὰρ εὑρήσετε· ἄλλως τε καὶ τούτου μόνου περιγίγνεσθαι μέλλοντος, τοῦ παθεῖν ἀδίκως τι κακὸν τὸν ταῦτ' εἰπόντα καὶ γράψαντα· μηδὲν δέ ὠφελῆσαι τὰ πράγματα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν μᾶλλον ἔτι, ἢ νῦν, τὸ τὰ βέλτιστα λέγειν φοβερώτερον ποιῆσαι. καὶ λύειν γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς νόμους δεῖ τούτους αὐτοὺς ἀξιοῦν, οἵπερ καὶ τεθείκασιν· οὐ γάρ ἐστι δίκαιον, τὴν μὲν χάριν, ἣ πᾶσαν ἔβλαψε τὴν πόλιν, τοῖς τότε θεῖσιν ὑπάρχειν· τὴν δ' ἀπέχθειαν, δι' ἧς ἂν ἅπαντες ἄμεινον πράξαιμεν. τῷ νῦν τὰ βέλτιστα εἰπόντι ζημίαν γενέσθαι. πρὶν δὲ ταῦτα εὐτρεπίσαι, μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδένα ἀξιοῦτε τηλικοῦτον εἶναι παρ' ὑμῖν, ὥστε τοὺς νόμους τούτους παραβάντα μὴ δοῦναι δίκην; μηδ' οὕτως ἀνόητον, ὥστε εἰς προῦπτον κακὸν αὑτὸν ἐμβαλεῖν.
i. e. Ne vero miremini, Athenienſes, ſi populo quidquam inopinati dixero. Legumlatores conſtituite: per eos autem legumlatores nullam ſancite legem (ſunt enim vobis ſatis multae); eas vero, quae ad hoc usque tempus vobis obſunt, abrogate: illas autem di-

dico et non disſimulanter dico, quae ſunt de pecunia theatrali et nonnullas de re militari: quarum illae pecuniam militarem iis, qui domi manent, ad ſpectacula distribuunt: hae (*hh*) perturbatores disciplinae a poena liberant: ſic etiam eos, qui officio fungi volunt, desperatiores reddunt. Postquam vero haec ſustuleritis et viam optima conſulendi tutam praebueritis, tum quaerite oratorem, qui ea, quae omnes e Republica esſe ſcitis, ſcribat. Priusquam vero haec feceritis, nolite explorare, quisnam, quum vobis optime conſulat, per vos perire velit: neminem ſane invenietis; praeſertim quum id unum ex eo futurum ſit, ut et, qui ea dixerit ac ſcripſerit, per iniuriam mulctetur, nec rebus quidquam conſulatur, ſed optima ſuadendi ſtudium magis etiam in posterum, quam nunc est, reddatur periculoſum. Ac postulandum est eas leges abrogent isti ipſi, qui tulerunt. Non enim aequum est, gratia, quae totam civitatem laeſit, il-

(*hh*) Vid. Ulpianus p. 36. B. qui discrimen inter ἀτακτοῦντας, λειποτακτοῦντας et ἀστράτευτους notavit.

illos frui, qui tum tulerunt: odium autem, per quod cum omnibus nobis melius ageretur, ei, qui nunc optima suaserit, esse fraudi. Priusquam autem haec rite comparata fuerint, nequaquam, Athenienses, apud vos quemquam velitis esse tantum, ut hisce legibus a se violatis, poenas non det, aut adeo vecordem, ut in evidens malum semet ipse conjiciat.

Paullo post ad idem *(ii)* redit argumentum. εἰ δέ τις ἡμῖν ἔχει καὶ τὰ θεωρικὰ ἐᾷν, καὶ πόρους ἑτέρους λέγειν στρατιωτικοὺς, οὐχ οὗτος κρείττον; εἴποι τις ἄν. Φήμ' ἔγωγε, εἴπερ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. ἀλλὰ θαυμάζω, εἴ τῳ ποτὲ ἀνθρώπων ἢ γέγονεν, ἢ γενήσεται, ἂν τὰ παρόντα ἀναλώσῃ πρὸς ἃ μὴ δεῖ, τῶν ἀπόντων εὐπορῆσαι πρὸς ἃ δεῖ. ἀλλ', οἶμαι, μέγα τοῖς τοιούτοις ὑπάρχει λόγοις ἡ παρ' ἑκάστου βούλησις, διόπερ ῥᾷστον ἁπάντων ἐστὶν αὐτὸν ἐξαπατῆσαι· ὃ γὰρ βούλεται, τοῦθ' ἕκαστος καὶ οἴεται· τὰ δὲ πράγματα πολλάκις οὐχ οὕτω πέφυκεν. ὁρᾶτε οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦθ' οὕτως, ὅπως καὶ τὰ πράγματα ἐνδέχεται, καὶ δυνήσεσθε ἐξιέναι, καὶ μισθὸν ἕξετε. οὔ τοι σωφρόνων, οὐδὲ γενναίων ἐστὶν ἀνθρώπων, ἐλλείποντάς τι δι' ἔνδειαν χρημάτων τῶν τοῦ πολέμου, εὐχερῶς

(ii) Olynth. III. p. 33. l. 21.

ρῶς τὰ τοιαῦτα ὀνείδη φέρειν· κ. τ. λ. i. e. At ſi quis pecuniam theatralem nobis relinquere posſit et alios ſumtus ostendere militares, nonne is melius? dixerit aliquis. Omnino ſane, ſi modo talis inveniri posſit; ſed valde demirarer, ſi quisquam ita fortunatus fuerit aut futurus ſit, qui, quum ea, quae habet, in res ſupervacaneas inſumſerit, ut iis, quae non habet, ad res necesſarias abundet. Sed magnum istis rationibus ex uniuscuiusque voluntate nimirum praeſidium est. Quare omnium est facillimum, ſe ipſum decipere. Quod enim quisque vult, id etiam ſibi fingit: ſaepe autem natura rerum alia est. Ista igitur ita conſiderate, ut res patiuntur: tum et militare poteritis et ſtipendium habebitis. Non ſane prudentium, neque generoſorum hominum est, aliquid in bello negligere ob nummorum penuriam, et leviter talia probra ferre etc.

Ulpianus ad haec loca nihil memoratu dignum annotavit, quod ſane mirum videri posſit, praeſertim, quum recordamur, quam multa ex ſententia ſua dixerit ad eos locos, quos ex Olynthiaca ſecunda citavimus. — Ad verba

 et

εἰ δέ τις ἡμῖν τὰ θεωρικά· οὐκ ἔστιν ἀντίθεσις (ait) ἀλλὰ νοήμα ἀποκλεῖον τῆς ἀναβολῆς τὸν δημόν. ἵνα γὰρ μὴ μέλλοντας πόρους ἐπιζητῶσιν, ἐπειγόντων τῶν πραγμάτων διὰ τοῦτο εἶπεν, ὅτι θαυμάζω εἴτις εὐπορῆσαι τῶν ἀπόντων πρὸς ἃ δεῖ δυνήσεται. οἱ γὰρ μέλλοντες πόροι οὐδέν ποιοῦσι πρὸς τὰ παρόντα. αἱ γὰρ νῦν πράξεις οὐ μέλλοντες πόρους ἀπαιτοῦσιν. i. e. Non est obiectio, sed sententia, qua cavet, ne populus diu moretur. Ne enim multo post pecuniam quaerant, quum negotia vehementer urgeant: propterea dixit, se mirari, si cui copia esse possit eorum, quae absunt, ad ea, quae necessaria sunt. Nam futuri commeatus nihil faciunt ad praesentia negotia: quae negotia non quaerendam, sed quaesitam pecuniam postulant.

Itaque aperte dixit Demosthenes, pecuniam theatralem Reipublicae valde noxiam esse; nec tantum civibus suasit, sed eos quasi coëgit, ut eam abrogarent et in usum bellicum converterent. Praeter Demosthenem etiam alii fuerunt, qui eandem de hac re sententiam ferebant, inter quos Demades orator Demosthenis aequalis, qui secundum Plutarchum hanc pe-

cuniam Reipublicae (kk) gluten esſe dicebat. Plane alia ratio est apud ſcriptorem Philippicae quartae: hic enim, quum nulla cauſa appareat, quare de hoc argumento nunc ſibi verba facienda esſe duxerit, divites quidem admonet, ne pauperibus pecuniam theatralem, pauperes vero, ne divitibus fortunas invideant. Totum hic apponere locum non necesſe duximus, et, quia longior est, quam ut huic ſcriptioni apte inſeri posſit, a propoſito alienum esſe existimavimus. Restat igitur, ut ſtrictim enarremus, quae pro hac re dixerit orator. — Athenienſibus probare ſtudet, praecipuam esſe cauſam, quare cives patriae inſervire nolint, quod divites pauperibus pecuniam theatralem invideant. Deinde ostendit, hanc pecuniam in talem uſum ſine detrimento Reipublicae posſe impendi, nam (ut ait orator) paucis annis ante Reipublicae reditus centum et triginta talenta non ſuperabant, et tunc nemo ex iis erat, qui triremi praeesſe, aut conferre tributum poterat,

(kk) Plutarch. ἐν Πλατωνικ. ζητήμ. ὡς ἔλεγε Δεμάδης, κολλάν ὀνομάζων τα θεωρητικὰ τῆς δημοκρατίας.

rat, qui non ſua ſponte ſibi faciendum esſe officium putaret, quod pecuniae copia non erat. Post haec vero, ſic pergit auctor, fortunae benignitas auxit Rempublicam, ut talenta pro centum illis redeant quadringenta ſine ullo divitum detrimento, ſed cum eorum emolumento potius. Nulla igitur cauſa est, cur pauperibus hanc pecuniam invideamus. Ad conſilium probandum hac concluſione utitur: ſicut enim uniuscuiusque nostrum parens est aliquis; ſic univerſae civitatis communes parentes cives univerſi ſunt exiſtimandi: atque igitur non eripiendum eis quidquam est, quod Respublica largitur; ut, ſi horum nihil fieret, eis aliunde prospiciendum esſet, ne qua re egerent. Denique pauperibus ſuadet, ne bona divitum publicare ſtudeant. Et hoc est illud πολιτεῦμα ὁμονοίας, quod Libanius in argumento huius orationis tanquam peculiare et huic orationi proprium citavit.

Quae igitur cauſa esſe potuit, cur Demoſthenes, ſemper patriae amantisſimus, qui paucis annis ante, ut ſupra ostendimus, non ſine vitae periculo huius pecuniae abuſum abrogandum

cen-

censuerat, nunc plane contraria suaderet et in aliam sententiam transiisse videretur? Fortassis hic mihi objici possit, Demosthenem, (*ll*) Apollodori exemplo deterritum, hanc rem dissimulare voluisse. Sed ne hoc quidem verisimile est, quum ipse Eubulus, qui antea Apollodoro adversatus erat, postea auctor fuerit, ut pecunia theatralis in militarem converteretur. Hoc enim ex ipso Demosthene (*mm*) discimus, ubi simul animadvertendum est, illam orationem esse scriptam Olympiadis centesimae nonae anno secundo, duobus annis ante, quam Philippica quarta, si genuina foret, esset habita. Attamen reticere illud potuisset, at nullo modo contraria suadere! quare Demosthenes, qui in amore erga patriam, in odio adversus Philippum, in omnibus denique sibi constabat, in hac re gravissima sibi constare noluisset? Quae hoc loco habet Ulpianus, ab orationis argumento, etiamsi pro genuino Demosthenis opere esset habenda, omnino aliena sunt, neque digna, quae commemorentur, nedum refutentur. Eti-

(*ll*) Vid. supra p. 29.
(*mm*) Or. de fals. leg. p. 434. l. 26.

Etiam monendum est, huius orationis ſcriptorem hoc loco de Reipublicae Atticae reditibus ſententiam, quae neque ab oratoribus, nec, quod ſciam, ab alio quoquam ſcriptore dicta est, protulisſe.

Quo magis divitibus perſuadeat, ne pauperibus pecuniam theatralem invideant, hanc gravisſimam affert cauſam: „vectigalia, quae antea centum et triginta talenta non ſuperabant, nunc ad quadringenta talenta accreverunt."

Quod quidem Oratores temporis cauſa de Republica ſua modo elatius, modo ſubmisſius, quam pro vera conditione rerum, locuti ſint, hoc nemo, qui Democratiae naturam perſpexerit, mirabitur. At hoc ipſo nomine auctor Philippicae quartae notandus est, quia, quum rem augere debuisſet, eam contra minuit. Auctor de vitis decem Oratorum (*nn*) narrat, re-

(*nn*) Pſeudo Plutarchus de Vitis X. Orr. T. II. p. 842 E. Conf. p. 841. B. 852. B. Taylori Praefat. ad Lycurg, Orat., qui ſcribit Lycurgum per annos duodecim aerario praefuisſe, ab Olymp. CX. 1. ad Ol. CXII. 4, atque per hoc tempus talentorum undeviginti millia et nongenta dispenſasſe, quae ſumma, in duodecim partes diviſa, mille quingenta et ſeptuaginta quinque talenta ſingulis annis efficit. Conf. quoque Wesſel. ad Diod. Sic. XVI. 88.

reditus a Lycurgo auctos esſe ad mille et ducenta talenta, quum prius fuisſent ſexaginta. Hic igitur error haud leve neque contemnendum argumentum est, quo Demostheni hanc orationem abiudicemus.



HIS-

HISTORICA.

Hanc orationem legens ſuspicatus ſum, illam demum esſe conſcriptam, aut potius ex aliis orationibus conflatam, paullo antequam Philippus Macedonum Rex Athenienſes et Thebanos apud Chaeroneam devicerat, eiusque conſilia, illum in animo habere, Graecorum ope regnum Perſarum invadere, iam cognita erant. Non negari quidem potest, historiam istorum temporum valde obscuram esſe propter penuriam ſcriptorum, qui, licet permulti fuerint illa aetate historici, ad unum tamen omnes perierunt. Quidquid igitur de Philippi rebus gestis, de Graecarum civitatum conditione per hoc temporis ſpatium cognoscere posſumus, ab Oratoribus petendum est, quibuscum Trogi Pompeji Epitomator conferendus est. Attamen isti fontes non ſunt abundantes, ſed potius rivuli nominandi. Oratores enim verba facie-

bant

bant coram aequalibus, qui nihil eorum ignorabant, quae argumenta orationum efficiebant; quibus igitur inutilis et ſupervacanea fuisſet opera omnia ad Chronologiae normam expoſuisſe.

Quam parcus etiam fuerit Iustinus in rebus Graecis enarrandis, ſatis ſuperque notum est. His tertius annumerandus est Diodorus Siculus, qui tamen maxime verſatur in historia Siciliae. — Quodſi vero auctorum, quos citavimus, disperſa loca colligamus et inter ſe conferamus, etiamſi non omnia certa haberi, plurima tamen ad maximam veriſimilitudinis ſpeciem redigi posſunt.

Quum igitur Philippicam quartam ad historiae fidem recenſeamus; multa nobis occurrunt contraria, nobisque videmur modo in hoc, modo in alio tempore verſari. Etenim, quae legimus de Philippo, Cardianis auxilia mittente, ad annum tertium Olympiadis CIX ſunt referenda, quo anno Orationes de Cherſoneſo et Philippica tertia habitae ſunt. Eadem dicere posſumus de eo, quod Dionyſius Halicarnasſenſis tanquam huius Orationis peculiare argumentum prodidit, Philippum ſcilicet

ad-

adversus Byzantium profectum esse. Et quae hac de re narrantur, iisdem quoque verbis in Oratione de Chersoneso inveniuntur. Sed si ea, quae de legatione ad Persarum Regem mittenda (*oo*) dicit Orator, recte reputemus, non possumus, quin Demostheni consilia Philippi contra Persas militandi iam plana atque patefacta esse credamus. Nolui igitur hunc Orationis locum praetermittere, ubi haec memorantur (*pp*) πρῶτον μὲν γὰρ, οἷς βασιλεὺς πιστεύει, καὶ εὐεργέτας ὑπείληφεν αὐτοῦ, οὗτοι μισοῦσι καὶ πολεμοῦσι Φιλίππῳ. ἔπειθ᾽, ὁ πράττων καὶ συνειδὼς ἅπανθ᾽, ὅσα Φίλιππος κατὰ βασιλέως παρασκευάζεται, οὗτος ἀνάρπαστος γέγονε, καὶ πάσας τὰς πράξεις βασιλεὺς, οὐχ ἡμῶν κατηγορούντων ἀκούσεται, οὓς ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος ἂν ἡγήσαιτο τοῦ ἰδίου λέγειν, ἀλλὰ τοῦ πράξαντος αὐτοῦ καὶ διοικοῦντος· ὥστ᾽ εἶναι πιστὰς τὰς κατηγορίας, καὶ λοιπὸν λόγον εἶναι τοῖς παρ᾽ ὑμῶν πρέσβεσιν, ὃν βασιλεὺς ἥδιστα ἂν ἀκούσαιτο, ὡς τὸν ἀμφοτέρους ἀδικοῦντα κοινῇ τιμωρήσασθαι δεῖ. καὶ ὅτι πολὺ τῷ βασιλεῖ φοβερώτερός ἐσθ᾽ ὁ Φίλιππος, ἂν προτέροις ἡμῖν ἐπίθηται· εἰ γὰρ ἐγκαταλειπόμενοί τι πεισόμεθα

(*oo*) Ph. IV. p. 139.
(*pp*) Ph. IV. p. 139. l. 21 ad p. 140. l. 21.

μεθα ἡμεῖς, ἀδεῶς ἐπ᾽ ἐκεῖνον ἤδη πορεύσεται. ὑπὲρ δὴ τούτων ἁπάντων οἴομαι δεῖν ὑμᾶς πρεσβείαν ἐκπέμπειν, ἥτις τῷ βασιλεῖ διαλέξεται· καὶ τὴν ἀβελτερίαν ἀποθέσθαι, δι᾽ ἣν πολλάκις ἠλαττώθητε. ὁ δὴ βάρβαρος καὶ κοινὸς ἅπασιν ἐχθρὸς, καὶ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα· ἐγὼ γὰρ ὅταν ἴδω τινὰ τὸν μὲν ἐν Σούτοις καὶ ἐν Ἐκβατάνοις δεδοικότα, καὶ κακόνουν εἶναι τῇ πόλει φάσκοντα, ὃς καὶ πρότερον συνεπηνόρθωσε τὰ τῆς πόλεως πράγματα, καὶ νῦν ἐπηγγέλλετο· εἰ δὲ μὴ ἐδέχεσθ᾽ ὑμεῖς, ἀλλ᾽ ἀπεψηφίζεσθε, οὐ τά γε ἐκείνου αἴτια· ὑπὲρ δὲ τοῦ ἐπὶ ταῖς θύραις ἐγγὺς οὑτωσὶ, ἐν μέσῃ τῇ Ἑλλάδι αὐξανομένου λῃστοῦ τῶν Ἑλλήνων, ἄλλό τι λέγοντα· θαυμάζω, καὶ δέδοικα τοῦτον, ὅστις ἂν ᾖ πότ᾽, ἔγωγ᾽, ἐπειδὴ οὐχ οὗτος Φίλιππον. i. e. quod igitur reliquum et iam dudum factum oportuit, ſed neque nunc ſerum est, id dicam. Nihil omnium rerum, ad ea negotia, quae inſtant Reipublicae, perinde est opus, ac pecunia. Ultro autem res proſperae evenerunt, quibus ſi recte utamur, fortasſis etiam nunc ea, quae necesſaria ſunt, perfici poterunt. Primum enim, quibus Rex Perſarum fidem habet, quosque de ſe bene meritos esſe putat: hi oderunt et bello infestant Philippum. Deinde qui adiutor

et conſcius fuit omnium Philippi contra Perſarum Regem apparatuum, is abreptus est, et omnem rem non nobis accuſantibus Rex audiet, quos propter privatam utilitatem verba facere putaverit; ſed ex eo, qui ipſa egit et administravit. Quare fides habebitur accuſationibus et ea vestris legatis reliqua erit oratio, qua Rex maxime delectabitur, eum, qui utrosque laeſerit, communiter esſe ulciscendum: et Regi multo fore formidabiliorem Philippum, ſi nos priores invaſerit: ſi quid enim nobis derelictis acciderit, intrepide in illum esſe impetum facturum. Propter haec omnia cenſeo legatos esſe mittendos, qui cum Rege colloquantur, et dementiam istam deponendam, quae vobis ſaepe detrimento fuit: barbarus enim est et communis omnium hostis et reliqua eius generis omnia. Ego enim quum video esſe quosdam, qui illum, qui Suſis et Ecbatanis degit, metuant et Reipublicae male velle dicant: qui prius etiam ad Rempublicam nostram erigendam adiutor fuit, et nunc illud pollicitus est, (quod ſi vos non accepistis, ſed decreto repudiastis, per il-

illum quidem non ftetit); de eo autem, qui in foribus adeo, prope in media Graecia crescit, praedone Graecorum, aliud quid dicant: demiror, eumque metuo, quisquis Philippum non metuat.

Subobscura funt quidem illa, nec iis, qui, quae deinde infecuta funt, tum ignorabant, ad intelligendum facilia; posteri vero, qui et antecedentia et confequentia noverunt, ne dubitare quidem posfunt, quin Orator Philippi confilia perfpexerit et hoc loco refpexerit. Nunc inquirendum est, an Demosthenes illo tempore, quo ea, quae in hac oratione memorantur, accidebant, aut certum habere aut coniectura augurari potuisfe, Macedonum Regem talia cepisfe confilia. Initio huius Disfertationis brevem narrationem rerum gestarum civitatum Graeciae et Philippi ab anno primo Olympiadis CVIII ad annum quartum Olympiadis CIX dedimus, quo anno haec oratio, fi genuina existimaretur, habita esfet; quam narrationem hic repetere fupervacaneum fit.

Restat igitur, ut ea, quae ab hoc tempore usque ad pugnam apud Chaeroneam a Philippo gesta funt, paucis indicemus.

Anno Olympiadis cix ultimo, Philippus, Selymbriam et Perinthum obſidens, Athenienſium claſſem, quae apud Selymbriam erat, intercipit. (*qq*) Diodorus Siculus (*rr*) narrat, Perſarum Regem Darium Ochum Perinthiis auxilio miſiſſe Aſiae Satrapas, quorum ope ſe contra Philippum defenderent. Arrianus, ſcriptor rerum gestarum Alexandri Macedonis, eum in Epistola ad Darium Codomannum ſcribentem facit, unam eſſe cauſam bellum ei inferendi, quod eius deceſſor Perinthiis, cum patre ſuo bellum gerentibus, auxilia miſiſſet. Iniustus ſane aliena appetens nunquam caret praetextu, quo iniuriae iustitiae ſpeciem conciliet; ſed hinc non continuo colligi debet, Philippum iam tunc in animo habuiſſe, nedum conſilia palam ostendiſſe, aliquando Perſarum regnum aggredi. Multa enim ei impedimento erant, quae de medio tollere debebat, priusquam talia conſilia perfici poſſe ſperaret.

Philippus quidem, ut ad historiam redeamus, a Perintho repulſus contra Byzantium profi-

(*qq*) Dem. Or. de Corona p. 251.

(*rr*) Diod. Siculus XVI. 75.

ficiscitur. Sequenti anno (*ss*), Demosthene et Phocione auctoribus, Athenienſes claſſem centum et viginti navium, cui eundem Phocionem praeficiunt, in Propontidem mittunt, ut Byzantinis auxilio veniat. Illo in portum Byzantii recepto, Philippus obſidionem ſolvere cogitur. Phocion deinde omnes naves Macedonicas intercipit et nonnullas adeo urbes occupat, quas Philippus in ſuam potestatem redegerat. Nunc tota regni Philippi maritima pars ſociorum navibus et copiis interclufa erat, (*tt*)

Macedonum Rex, ob frustrata conſilia valde iratus, Athenienſibus bellum indicit; ſed quomodo hoc bellum gesſerit, propter ſcriptorum penuriam nescimus. Aut nihil omnino, aut nihil memoratu ſane dignum ab eo contra Athenienſes actum esſe inde liquet, quod ſequenti anno (*uu*), ut narrat Justinus (*vv*), bellum gesſerit cum Triballiis et Scythis, qui po-

(*ss*) Olymp. cx. 1.

(*tt*) Dem. Or. de Corona p. 255.

(*uu*) Olymp. cx. 2.

(*vv*) Justinus IX. 2. Cf. Aeſchines C. Cteſiph. p. 519 et Dem. de Corona p. 240.

populi ſaepius contra illum rebellaverant, quandocumque eum alieno bello implicitum viderent. At anno praecedenti (*ww*) Aeſchines aut inconſiderate aut de industria bellum ſacrum ſecundum contra Amphisſaeos excitaverat, cui tandem Amphictyonum decreto Philippus praeficiebatur. Ille morae impatiens eodem menſe cum exercitu triginta millium militum in Graeciam proficiscitur, Amphisſaeos ex Amphictyonum decreto punit, ibique exercitum in hiberna dimittit. Vere accedente (*xx*) caſtra movet; quo nuncio commoti Athenienſes bis inducias ab eo petunt. Philippus autem, postquam Athenienſes iusſerat Demagogos in exilium mittere, cum Thebanis agit et usque ad Elateam progreditur. — Sequenti anno (*yy*) Thebani cum Athenienſibus contra Philippum ſe coniungunt eique tranſitum per Boeotiam recuſant. Eiusdem anni die ſeptimo Metageitnion, pugna apud Chaeroneam committ-

(*ww*) Olymp. cx. 1.

(*xx*) 25 Elaphebolion (Martis)

(*yy*) 3 Aprilis.

mittitur; qui dies, ut ait Justinus *(zz)*, universae Graeciae et gloriam dominationis et vetustissimam libertatem finivit.

Anno sequenti demum *(aaa)* Philippus Graeciae civitates Corinthum convocat, ubi Graecorum Imperator in expeditione contra Persarum Regem creatur.

Quis igitur mecum non agnoscit, Philippum eo tempore, quo Graeciae civitatum vires, Atheniensium in primis, nondum fractae erant, etiamsi in animo habuisset consilium Persarum regnum invadendi, tamen non palam facturum fuisse, se Persarum Regem esse aggressurum. Plane autem alia rerum conditio est paullo ante pugnam apud Chaeroneam. Ipsi Graeci bello sacro Philippum praeficiendo mutuam discordiam et debilitatem ostenderant, ipsumque Regem in mediam Graeciam vocaverant. Quum igitur Athenienses, Philippo in Graecia manente adeoque cum exercitu procedente, eius consilia detegerent, tum demum Oratores ea dicere atque suadere poterant, quae ex hac oratione attulimus. Alie-

(zz) IX. 3.
(aaa) Olymp. CX. 4.

Aliena igitur hic ſunt et cum temporibus non conveniunt; quare hoc etiam ad argumenta pertinere arbitrati ſumus, quae aperte ostendunt, hanc Orationem e diverſis orationibus, nulla temporum habita ratione, conflatam esſe.

ORATIONIS NEXUS INTERNUS.

Hucusque cauſas externas enumeravimus, quae nos induxerunt ad Philippicam quartam Demoſtheni abiudicandam. Nunc iuvat Orationis nexum internum Lectoribus exponere, quo facto non dubitamus, quin nostrae ſententiae niſi exploratam veritatem, maximam tamen veriſimilitudinis ſpeciem conciliaverimus. Quod ſupra diximus, huc etiam referendum est, non certum quoddam conſilium apparere, quod exſequi voluerit orator.

Initio Athenienſium ignaviam reprehendit eamque tanquam cauſam omnium malorum depingit: (*bbb*) deinde ostendit, duas esſe factiones in Graeciae civitatibus, alteram, quae nec ipſa regnare cupiat, nec vero alii cuiquam ſer-

(*bbb*) Ph. IV. p. 131 ad 132. l. 13.

ſervire, ſed in libertate et in legibus ex aequo vivere; alteram, quae quidem civibus ſuis imperare ſtudeat, alii vero (ſcilicet Philippo), per quem ſe illud esſe impetraturam existimet, obtemperare non recuſet. (*ccc*) Athenienſes iterum ſocordiae inſimulat et omnes urbes recenſet, quae iis per ignaviam a Philippo post pacem ereptae esſent, inter quas nominatim Serrium et Doriscum citat, quibus neglectis, licet ignobiles ſint, Thraciam et Cerſoblepten ſocium Athenienſium perdidisſent. Hanc negligentiam obſervans, Philippus Porthmum (*ddd*) delevit et tyrannidem constituit in Euboea, parum adeo abfuit, quin Megara potiretur: Antronas (*eee*) emit et paullo post Oreum (*fff*) cepit. Multa, inquit, praetermitto, Pheras, (*ggg*) expeditionem contra (*hhh*) Ambraciam, caedes in Elide et ſexcenta alia. (*iii*)

His-

(*ccc*) p 132. l. 13. ad p. 132. l. 28.

(*ddd*) Oppidum in Euboea.

(*eee*) Theſſaliae urbem in Phtiotide.

(*fff*) Oppidum in Euboea.

(*ggg*) Theſſaliae oppidum in Phtiotide.

(*hhh*) Thesprotiae Epiri urbem.

(*iii*) Ph. IV. p. 132 l. 28. ad p. 134. l. 10. De captis urbibus omnia, ſed multo copioſius, dixit Dem. Or. Ph. III. p. 116, 117, 118, 119 etc.

Hisce memoratis, Athenienfibus demum probat, pacem a Philippo esfe ruptam, eumque Democratiae esfe inimicum et omnia, quae nunc faciat, contra Athenienfium civitatem facere (*kkk*); non igitur necesfe esfe Philippo bellum indicere, fed eum potius reprimere et coërcere (*lll*); ut illud rite perficiatur, opus esfe pecunia, militibus, navibus, ceteroque bellico apparatu. Quomodo haec fibi comparare posfint, docet orator, eosque iterum ab ignavia, discordia, animi levitate revocare ftudet. Perfpicue enim demonftrat, oportere Athenienfes arcere Philippum; quod nifi faciant, brevi iis necesfitatem impofitum iri, eum a fuis moenibus defendendi. Opportune illos, hisce monitis, obfecrat, ut omnem ignaviam deponant et alacriter officia praestent (*mmm*). Tunc rurfus reprehendit ignaviam et decies repetita querela lectoribus adeo bilem ac naufeam movet.

(*kkk*) p. 134. l. 10. ad p. 136. l 1.

(*lll*) p. 136. l. 1. ad p. 136. l. 19.

(*mmm*) Haec orationis pulcherrima pars p. 134. l. 10. ad p. 138. l. 23. paucis mutatis, ut infra ostendemus, ex Orat. de Cherfonefo defumta funt.

vet. (*nnn*) Sequitur, quam ſupra explicavimus, ratio de legatione ad Perſarum Regem, (*ooo*) et conſilium de pecunia militari, (*ppp*) de qua ſingulari Sectione diximus. — His expoſitis, Orator caeteras explicat cauſas, quae civitati iam diu nocuerant. Demagogos accuſat, qui Athenienſibus perſuaſerant, rem eſſe omnium difficillimam, exercitum alere, quo ſociis oppresſis auxilium ferant. Inde factum eſſe, ut alius (Philippus) principatum obtinuerit, Athenienſes vero propter ſocordiam in maximis periculis verſentur. Quo magis haec civibus perſuadeat, priora tempora cum praeſentibus comparat, concordiam, qua olim univerſi Graeci Perſarum Regi restiterant, cum discordia, qua nunc tota Graecia dividitur, quandoquidem unaquaeque civitas privata commoda quaerit, univerſam vero Graeciae ſalutem negligit. Hanc partem ita finit, ut iis de-

(*nnn*) p. 138. l. 23. ad p. 139. l. 17, Hic Orator eandem ſententiam perſequitur, quam Dem. Or. de Cherſ. p. 102. in fine etc. at infra p. 145. in fine Orator eadem verba uſurpat, quae Dem. l. c.

(*ooo*) p. 139. l. 17. ad p. 140. l. 26.

(*ppp*) p. 140. l. 26. ad p. 143. l. 8.

denuo ignaviam exprobret. (*qqq*) Iterum Atheniensibus auctor est, ut Philippum ulciscantur, iisque demonstrat. Philippum revera pacem rupisse. (*rrr*) Tum acerbe et contumeliose in Aristodemum quendam invehitur. (*sss*)

Ea etiam, quae versus finem huius Orationis dicuntur, Demosthenis ingenio plane sunt indigna: πολλὰ τοίνυν ἔχων ἔτι καὶ περὶ πολλῶν εἰπεῖν, παύσομαι· i. e. Etsi autem habeo praeterea, quae dicam multa, et de multis: desinam. Quaecumque ad rem omnino pertinebant, ea Demosthenes semper contrahere poterat; sed haec periodus ideo est ab auctore addita, quo melius aliquot sententias e Demostheneis repetere posset; quo facto, praeclare ita operi suo finem imponit: ταῦτ᾽ ἐστὶ τ᾽ἀληθῆ μετὰ πάσης παῤῥησίας, ἁπλῶς εὐνοίᾳ, τὰ βέλτιστα εἰρημένα, οὐ κολακείας, καὶ βλάβης, καὶ ἀπάτης λόγος μεστὸς, ἀργύριον μὲν τῷ λέγοντι ποιήσων, τὰ δὲ πράγματα τῆς πόλεως τοῖς ἐχθροῖς ἐγχειριῶν. ἢ οὖν παυστέον τού-

(*qqq*) a. p. 143. l. 8. ad p. 145. l. 29.

(*rrr*) a. p. 145. l. 29. ad p. 150. l. 5. Haec omnia iisdem verbis ex Dem. Orat. de Cherson. desumta sunt, ut infra ostendemus.

(*sss*) a. p. 150. l. 5. ad p. 151. l. 7.

τούτων τῶν ἐθῶν, ἢ μηδένα ἄλλον αἰτιατέον τοῦ πάντα φαύλως ἔχειν, ἢ ὑμᾶς αὐτοὺς. i. e. Haec vera ſunt magna cum libertate, ſimpliciter, ex benevolentia rectisſime dicta: non asſentationis et detrimenti et imposturae plena Oratio, argentum allatura dicenti, Reip. negotia hostibus traditura. Aut igitur a talibus moribus est recedendum: aut depravatio et clades rerum omnium tribuenda nemini, niſi vobis ipſis.

Facile colligitur ex iis, quae diximus, hanc Orationem non cohaerere, ſed ex meris centonibus conſtare. Nunc videamus, quomodo ex tot centonibus Orationem confecerit auctor.

Prima pars, quae in iustis Orationibus exordium ſive prooëmium vocatur, pertinet usque ad verba οὐδὲν γὰρ δεῖ πλείω περὶ αὐτῶν λέγειν. *(ttt)* Quae ſequitur particula τοί γάρτοι, plane est ſupervacanea, nec adesſet, niſi diverſi panni esſent conſuendi. Post verba δεῖ δ᾽ὅμως εἰπεῖν ὅ τι χρὴ ποιεῖν *(uuu)* quisque exſpectat, Oratorem

(ttt) p. 132. l. 11.

(uuu) p. 134. l. 9.

rem omnia dicturum esse, quae Athenienses facere oporteat ad Philippum arcendum; sed omnia alia invenit: denuo enim demonstrat Orator, Philippum pacem rupisse. Sic etiam verba τὸ μὲν τοίνυν (vvv) nullam habent vim. Ubi accedit ad consilium de mittenda legatione ad Regem Persarum, his verbis ὃ δὴ λοιπόν ἐστι (www) caet. utitur, quae nec requirebantur, nec etiam apta sunt, quandoquidem deinde alia addit. Et ea, quae praetermisimus πρὸς δὲ τούτοις τοσούτοις οὖσιν (xxx), etiam abesse deberent; sed adsunt, ut locus ex Philippica secunda, quem infra citabimus, cum loco ex Oratione de Chersoneso quacumque demum ratione coniungatur. Eadem ratio est particulae καίτοι (yyy), quae quid hoc loco significet, plane nescius sum. Ex inficeta imitatione, qua auctor hoc loco usus est, haud dubie apparet interpolatio. Nam in Oratione de

(vvv) p. 138. l. 23.

(www) p. 139. l. 16.

(xxx) p. 134. l. 29.

(yyy) p. 150. l. 5.

de Cherſoneſo Demosthenes (*zzz*) aliquem inducit, qui eum ut ignavum reprehendat, et hac inductione utitur, ut opportunitatem habeat, ſua in Remp. merita ſine ostentatione et iactantia civibus ſuis in memoriam revocandi, iisque ſimul perſuadendi, ut ei, qui tam multa pro Rep. fecerit, tuto confidere posſint, quandocumque de ſalute patriae agatur. — At plane alia ratio est in Philippica quarta, ubi Aristodemum (*aaaa*) quendam alloquitur, et in eum acerbisſima convicia ingerit. Quid? Demosthenes, qui ne in Oratione quidem ad iudices Aeſchini acerbisſimo inimico talia exprobrat, in concione ad populum, ubi de ſalute Reip. verba faciebat, civem Athenienſem ita perſtrinxisſet?

Iure meo iam concludere mihi posſe videor, licet veteres de hac Oratione, quod ſciam, non dubitaverint, Valckenaerii Wolfiique, ſummorum virorum, iudicium, quod in Praeſatione memoravimus, omnino esſe comprobandum, adeoque hanc

(*zzz*) Dem. Or. de Ch. p. 106. l. 20.

(*aaaa*) De Aristodemo vid. Ulpianus in Ph. IV.

hanc Orationem a Lucchesinio recte vocatam esse Emblema vermiculatum.



LOCA EX ALIIS DEMOSTHENIS ORATIONIBUS IN PHILIPPICAM QUARTAM TRANSLATA.

Saepius in hac Dissertatione diximus, quod iam Ulpianus notavit, *(bbbb)* multa ex Oratione de Chersoneso in hanc Orationem esse transscripta; sed nemo, quod quidem sciam, omnes locos accurate indicavit. Utraque Oratione rite inter se collata deprehendi, dimidiam paene partem Philippicae quartae, paucis mutatis, ex centonibus Orationis de Chersoneso constare. In alio praestantissimo Philippicae quartae loco, *(cccc)* ubi de pristino statu civitatis Athieniensium et totius adeo Graeciae loquitur auctor, non dubito, quin Demosthenis Olynthiacam secundam, quae in Editionibus tertia est, ob oculos habuerit. *(dddd)* Pauca eti-

(bbbb) Ulp. En. Ph. IV. p. 48. B.

(cccc) Ph. IV. p. 143. l. 10. p. 144. 145. — Olynth. Γ p. 34. l. 15. p. 35. 36.

(dddd) Olynth. Γ p. 34. l. 15. p. 35. 36.

etiam, quae ad verbum ex Orationibus de Pace et Philippica secunda desumta sunt, addemus.

Erunt fortasse, qui mihi objiciant, quosdam locos in alias Orationes, de quarum auctoritate nemo dubitavit, esse transscriptos. Verum hoc esse non diffiteor, veluti in Oratione contra Timocratem (*eeee*), eadem contra Androtionem dicuntur, quae iam in Oratione contra ipsum Androtionem (*ffff*) inveniuntur. Ibi vero ipse rerum ordo et Oratoris consilium hanc repetitionem non tantum patiebatur, sed omnino postulabat; neque adeo ipsa verba sunt repetita, ut non passim pro rei natura apte variaverit Orator. Sic etiam in Olynthiaca tertia (*gggg*) descriptio pristini et praesentis status Atheniensium civitatis paene eadem invenitur, atque in Oratione contra Aristrocratem, tribus annis ante habita; quae vero in neutra Oratione praetermitti poterat.

Non

(*eeee*) Dem. Or. c. Timocr. p. 755—758.

(*ffff*) Dem. Or. c. Androt. p. 615—618.

(*gggg*) Dem. Olynth. III. p. 35.

Non dicam de iis locis, in quibus Demosthenes pauca verba antea iam dicta repetit, v. c. in Oratione de Chersoneso p. 106. l. 5. τοίνυν μὲν ἐκ πτωχῶν κ. τ. λ., etiam inveniuntur in Orat. Olynth. III. p. 36. l. 18. et in Orat. Phil. III. p. 111. l. 25. τὸ χείριστον ἐν τοῖς παρεληλυθόσι κ. τ. λ. usque ad p. 112. l. 2. αὐτὰ γενέσθαι βέλτιω, paucis mutatis vel transpositis iam in Philippica prima dicta erant. Generatim enim observamus, Graecos Romanosque cum Oratores, tum Poëtas non tantopere abhorruisse ab eiusmodi repetitione, quae nostri temporis scriptoribus vitio daretur. Vid. de Euripidis more Valcken. ad Hippolytum, Vss. 435, 885 et 1048.

Haec vero Philippica Quarta non continet quaedam aliunde desumta et praesenti consilio adaptata, sed ea habet, quae, si nova sint, a proposito sunt aliena, vel integros locos aliunde contra historiae fidem desumtos, ut quasi vestis sit ex versicoloribus pannis temere consuta.

Quae Demosthenes anno praecedenti in Oratione de Chersoneso pulcherrime et opportuno tempore dixerat pag. 99. l. 15. πρῶτον μὲν,

ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι κ. τ. λ. ad pag. 102. l. 21. ὃ μήτε γένοιτο οὔτε λέγειν ἄξιον, conveniunt cum Philippica Quarta p. 134. l. 10. ad pag. 138. l. 23. paucis vel omisfis vel mutatis, praeterquam quod ea, quae leguntur in Ph. IV. p. 134. l. 18. καὶ τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης, κ. τ. λ. ad pag. 134. l. 27. δίκαιως μισεῖν αὐτὸν ἡγεῖται, ex Demofthenis Oratione Philippica fecunda p. 70. l. 3. ad p. 70. l. 14. defumta funt. Porro quae inveniuntur in Ph. IV. p. 139. l. 13. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι κ. τ. λ. ad p. 139. l. 16. μετὰ τὰ πράγματα, iisdem verbis a Demofthene pronunciata funt in Oratione de pace p. 57. l. 10. feqq. Demofthenes in Oratione de Cherfonefo p. 102., ut fupra diximus, opportune defidiam et focordiam Athenienfium notat, et auctor Ph. IV. p. 138. idem facit, fed aliis verbis; nihilominus tamen ea, quae in Oratione de Cherfonefo p. 102. l. 23. ἀλλ' ἐπειδάν τι τῶν πρὸς Φίλιππον ἐμπέσῃ κ. τ. λ. ad p. 150. l. 5. οὐδενὸς αὐτοὺς ἀδικοῦντος leguntur, auctor Ph. IV., paucis iterum omisfis et mutatis, ad verbum transfcripfit p. 145. l. 19. ad p. 150. l. 5.



DE RELIQUIS ORATIONIBUS, QUAE DEMOSTHENI ABIUDICANTUR.

Ne quis forte opinetur, Philippicam Quartam solam esse Demosthenis Orationem, de cuius auctoritate dubitatum sit, hic quaedam adiicere placet de iis Orationibus, quae non tantum ex recentiorum opinione, sed etiam a veteribus, Dionysio Halicarnassensi, Harpocratione, Libanio aliisque falsae atque suppositiae habitae sunt.

Primo loco venit περὶ συνταξέως λόγος, quae Oratio a Dionysio Halicarnassensi in Epistola ad Ammaeum, ubi omnes Demosthenis Orationes publicas recenset, praetermissa est; ex quo silentio concludere possumus, Dionysium hanc Orationem aut inter Demosthenis opera non invenisse, aut illam tanquam istius ingenio indignam reiecisse. F. A. Wolfius (*hhhh*) V.C. hanc Orationem ex Olynthiaca tertia et Oratione contra Aristrocratem esse conflatam pronunciat. — His merito addi debet Albertus Ger-

---

(*hhhh*) Proleg. ad Or. Lept. p. CXXIV.

Gerhardus Beckerus, vir eruditisſimus (*iiii*), qui in libro, cui titulus est Introductio Hiſtorico-Critica ad Demoſthenis opera, optime de hoc Oratore meritus est. Dionyſius etiam alio loco eam non a Demoſthene ſcriptam esſe dicit (*kkkk*). Sic etiam περὶ τῶν πρὸς Αλέξανδρον συνθηκῶν λόγος a Libanio in huius Orationis argumento hisce verbis ὁ δὲ λόγος ψευδεπίγραφος εἶναι δοκεῖ i. e. haec Oratio ſuppoſititia esſe videtur, Demoſtheni abiudicatur.

Idem Libanius dicit, Orationem de Haloneſo ſibi non Demoſthenis opus videri, et illam iam a veteribus Hegeſippo tributam esſe addit (*llll*). Epistola Philippi et Oratio adverſaria a J. J. Reiskio (*mmmm*) V.C. et L. C. Valckenaerio (*nnnn*), ſummo viro, indignae cenſentur ea tempestate, atque tempore, quae prae

(*iiii*) G. A. Becker, Demosthenes als Staatsmann und Redner. p. 254. ſeqq.

(*kkkk*) Dion. Hal. περὶ τῆς Δημ. δεινότ p. 197. l. 12.

(*llll*) Liban. in argum. h. Or.

(*mmmm*) Reisk. anim. ad Demosth. p. 76.

(*nnnn*) L. C. Valcken. Orat. de Philippo. p. 270.

prae se ferunt; et Taylorus hac de re dicit: „Mihi fides huius Orationis valle suspecta est propter locos communes, quibus referta est. Imo tota paene consarcinata est ex Philippicis et Olynthiacis."

De Orationibus contra Aristogitonem sententiae criticorum ita discrepant, ut alii utramque probent, veluti Harpocration *(oooo)*, Longinus *(pppp)*, Plinius *(qqqq)*, Photius *; alii secundam, sicuti Dionysius Halicarnassensis *(rrrr)*, alii primam, ut Casaubonus *(ssss)*, Heraldus, Duportus, Taylorus, Beckerus *(tttt)*, alii tandem utramque abiiciant, veluti Pollux *(uuuu)*, et adeo Harpocration *(vvvv)* sibi ipse contradicens.

De

(oooo) Harp. voce Ἔνδειξις p. 147.

(pppp) Longin. de sublim. § 27.

(qqqq) Plinius Epist. IX. 26. -- (*) Cod. CCXLV.

(rrrr) Dionys. Hal. περὶ τῆς Δημοσθένους δεινοτήτος p. 197. l. 29, 30.

(ssss) Casaub. ad Theophr. p. 90. ed. Fisch.

(tttt) l. l. p. 401, 402.

(uuuu) Pollux x. 34.

(vvvv) Voce Νεαλής. Simul notandum est, Harp. non nisi uno loco Ἔνδειξις de utraque Oratione locutum esse.

De Oratione ſive delatione (ἔνδειξις) contra Theocrinen Libanius tradidit, plurimos illam Dinarcho tribuiſſe, inter quos invenimus Harpocrationem (*wwww*) et Dionyſium Halicarnasſenſem (*xxxx*). Ab eodem ſcriptore Oratio contra Neaeram Demoſtheni abiudicatur (*yyyy*).

Beckerus παραγραφὴν ὑπὲρ Φορμιῶνος per haud contimnenda argumenta non Demoſthenis opus esſe cenſet (*zzzz*). Num Orationes in Nicoſtratum (*aaaaa*), et in Timotheum a Demoſthene re vera habitae ſint, ab Harpocratione dubitatur.

Oratio de corona praeturae navalis a Beckero (*bbbbb*) ſuppoſititia habetur.

De Oratione funebri (Ἐπιτάφιος λόγος) Dionyſius Halicarnasſenſis in opere περὶ τῆς Δημοσθέ-

[*wwww*] V. Θεοκρίνης.

(*xxxx*) Dion. Hal. de Dinarcho, p. 116.

(*yyyy*) Dion. Hal. περὶ τῆς Δημ. δεινότ. p. 197. 30.

(*zzzz*) l. l. 433.

(*aaaaa*) Vocc. ἀπογραφὴ, κακοτεχνιῶν.

(*bbbbb*) l. l. p. 465.

σθένους δεινότητος (ccccc) dicit, hanc Orationem Demosthenei non esse tribuendam, sed in alio eiusdem opere Τέχνη (ddddd), ubi Epitaphiorum exemplaria laudat, Demosthenei quoque principem locum tribuit.

Tandem venit Ἐρώτικος λόγος, qui a Libanio Demosthenis ingenio indignus iudicatur, cui Beckerus (eeeee) etiam assentitur.

Tredecim igitur Orationes, quae vulgo Demostheni tribuuntur, enumeravimus, de quarum auctoritate aut a veteribus, aut a recentioribus dubitatum est. Equidem haec scribens non meam sed aliorum sententiam protuli; neque igitur, ubi alii ab hac opinione de nonnullis orationibus dissentiant, meum erit, scriptorum, quos citavi, sententiam defendere; sed necesse mihi visum est, pauca de dubiis Demosthenis Orationibus dicere, quia haec pertinent ad argumenta externa, quibus sententia mea in Oratione Philippica Quarta Demostheni abiudicanda corroboratur. Mirum sane videri possit, neminem

(ccccc) p. 178. l. 10.

(ddddd) p. 30.

(eeeee) l. l. p. 483.

nem inter veteres criticos de auctoritate huius Orationis dubitasſe; etenim Dionyſius Halicarnasſenſis, Hermogenes, Harpocration illam commemoraverunt; ſed hic repetenda ſunt, quae (pag. IX.) diximus, dolendum esſe, quod commentariis Alexandri, Diocori et Zenonis careamus, qui mihi quidem videntur de hac oratione dubitasſe. Ulpianus enim non tantum horum Grammaticorum iudicia, quae tamen reticet, contemnit, eosque ſaepisſime ignorantiae inſimulat, ſed etiam locum affert, ex quo haud obſcure patet, eos huius Orationis auctoritatem in dubium vocasſe. De pecunia theatrali loquens dicit ᾠήθησαν (οἱ πρὸ ἡμῶν. κ. τ. λ) ἐμπεπτωκέναι τὸ περὶ τῶν θεωρικῶν ζητήμα τῆς παρούσης ὑποθέσεως ἀλλότριον, i. e. Opinati ſunt (ſcilicet, qui ante nos hanc orationem expoſuerunt) quaestionem theatralem ab hoc argumento aliena incidisſe. In Sectione, Θεωρικὰ inſcripta, Libanii ſententiam praetermiſimus, quae memoratu dignisſima quum ſit, illam hic referre operae pretium duxi. In argumento Orationum Olynthiacarum ſic ſcribit: „Loquitur, (Demoſthenes) etiam de pecunia theatrali.“

 Post

Post brevem huius pecuniae historiam haec addit: προῆλθε δὲ εἰς τοσοῦτον, ὥστε οὐκ εἰς τοῦτο μόνον ἐλάμβανον, ἀλλὰ ἁπλῶς πάντα τὰ δημόσια χρήματα διενέμοντο· ὅθεν καὶ περὶ τὰς στρατείας ὀκνηροὶ κατέστησαν· πάλαι μὲν γὰρ στρατευόμενοι μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως ἐλάμβανον· τότε δὲ, ἐν ταῖς θεωρίαις καὶ ταῖς ἑορταῖς οἴκοι μένοντες, διενέμοντο τὰ χρήματα. οὐκ ἔτι οὖν ἤθελον ἐξιέναι καὶ κινδυνεύειν i. e. Quae conſuetudo inde orta eo usque proceſſit, ut illam non eo nomine dumtaxat acciperent, ſed prorſus omnem pecuniam publicam distribuerent. Unde etiam ad militiam ſegnes facti ſunt. Quam enim pecuniam olim propter expeditiones ſtipendii nomine accipiebant: eam tum in ſpectaculis et festis domi partiebantur. Nolebant igitur iam ad bellum exire et ſubire pericula.



THE-

THESES.

I.

Praeclare Demoſthenes Ph. III. *p.* 114. *l.* 23. *ſeqq.* τὸ δ' εὐσεβὲς καὶ τὸ δίκαιον ἄν τ' ἐπὶ μικροῦ τις, ἄν τ' ἐπὶ μείζονος παραβαίνῃ, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν.

II.

Demoſtheni asſentior dicenti Olynth. II. *p.* 20. *l.* 27. *ſeqq.* οὐ γάρ ἐστιν — ἀδικοῦντα, καὶ ἐπιορκοῦντα, καὶ ψευδόμενον, δύναμιν βεβαίαν κτήσασθαι, ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει· καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχῃ· τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται, καὶ περὶ αὑτὰ καταῤῥεῖ.

III.

Demoſthenem in omnibus ſuis actionibus pa-

patriae ſalutem libertatemque unice ſpectaſ-ſe, contendimus.

IV.

Naturam ducem ſecutus in dicendo fuit Demoſthenes; artem naturae adiunxit Cicero.

V.

Verisſime Cicero de Natura Deor. 1, 2. „*Pietate adverſus Deos ſublata, fides etiam et ſocietas generis humani et una excellentisſima virtus, justitia tollitur.*"

VI.

Senatus Romanus, libera republica, iuris condendi potestatem non habuit.

VII.

Tragoedia Graecorum plurimum valuit ad mores civium emendandos, atque eloquentiae et poëſeos ſtudium excolendum.

VIII.

Spectaculi apud Romanos gladiatorii crudelitas nullo modo excuſari potest.

IX.

Eiusmodi esſe debet doctrina morum, ut omnes omnino eam eatenus intelligere posſint ho-

homines, quatenus unusquisque pro ſua conditione neceſſe habeat.

X.

Recte disputat Muretus in Orat. de laud. literarum: Civibus iura describere; quantum cuique tribuendum ſit, intelligere; civium inter ſe disſidia componere; legationes cum laude gerere; praeterita tenere, futura proſpicere; quid in omnibus rebus factu optimum ſit, videre, et ex aliis alia colligere; verbo, in Reipublicae puppi ſedentes clavum tenere vix alios viros posſe, niſi qui tantorum munerum partes ex literarum disciplinarumque liberalium fontibus hauſerint ac didicerint.

XI.

Quamvis fortasſe quaedam philoſophiae partes Barbaris antea cognitae fuerint, quam Graecis, nulla tamen earum gentium univerſum philoſophiam ita pertractavit et excoluit, prouti philoſophi Graeci.

XII.

Si de Orationis facultate quaeritur, nos quidem gratam quandam Orationis negligentiam esſe, contendimus.

XIII.

XIII.

Latinae linguae ſine Graecae linguae ſcientia nemo bene peritus esſe poteſt.

XIV.

Verisſima eſt Ciceronis ſententia Epp. ad Q. Fratrem l. 1. §. 8. Cyropaediam Xenophontis non ad hiſtoricam fidem, ſed ad effigiem iuſti imperii, esſe conſcriptam.

XV.

Vera Socratis doctrina minus e Platone, quam e Xenophonte cognoſci poteſt.

XVI.

Nulla nobis ſatis idonea ratio apparet, quo minus probabilem iudicemus veterem et a doctis viris receptam opinionem, ſcriptionem apud Graecos, Homeri certe tempore, non amplius ita raram fuisſe, quin eius carmina ſcripto conſignari potuerint.

XVII.

Qui Graeca hodieque ſine accentibus edunt, ignorantiam rationis Grammaticae produnt.

XVIII.

Omnium in parentes delictorum poena,

Iu-

Iure Attico, ſecundum legem τῆς κακώσεως univerſe fuisſe videtur ἀτιμία.

XIX.

Errores eorum, qui poëtas ſcriptoresque Graecos contemnunt, inde maxime oriuntur, quod ſua tempora in Antiquitatem transferunt.

XX.

E Choris, qui in festis Graecorum Bacchicis habebantur, Tragoedia apud eos et Comoedia exſtitit.

XXI.

Cum Diogene Babylonio contra Antipatrum contendo; virum bonum, Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum advehentem, in Rhodiorum inopia et fame ſummaque annonae caritate recte reticuisſe, ſe ſcire, complures mercatores Alexandriâ ſolvisſe atque naves in curſu frumento onustas Rhodum petere.



ERRATA.



P. 2. l. 17. Philippus cum Athenienſibus expugnationem Phocidis communicat } lege { Philippus Athenienſes certiores facit de expugnatione Phocidis.

P. 4. l. 13. ſubducit . . . lege capit.
— . - 24. pälam . . . . . — palam.
— 6. - 8. παρἔργα . . . — πάρεργα
— 7. - 17. δέ . . . . . — δὲ
— . - 18. λήμματος . . . — λήμματος
— . - 18. δο . . . . . . — δὲ
— 9. - 10. ὦ . . . . . . — ὦ
— 10. - 1. ἐπέμψε . . . . — ἔπεμψε
— .. - 2. χερσοννήσῳ. . . . — χεῤῥονήσῳ.
— .. - 11. ἀσὲλγεια . . . — ἀσέλγεια
— .. - 16. εβοήθει. . . . . — 'εβοήθει
— 11. - 14. deſumpta . . . — deſumta
— 12. - 24. νεωτερον. . . . — νεώτερον.
— 13. - 10. μίκροῦ . . . . — μικροῦ
— .. - 13. ἀφεστὴκατε . . — ἀφεστήκατε
— .. - 13. πραγμὰτων· . . — πραγμάτων,

P.

E R R A T A.

P. 32. l.	7.	ἵνα	lege	ἵνα
— .. -	11.	τοῦς	—	τοὺς
— 34. -	15.	ἀποδῶσε . . .	—	ἀποδώσε-
— 36. -	1.	ἅ παντες . . .	—	ἅπαντες
— 60 -	3.	demonſtrat. . . .	—	demonſtrat,
— 66. -	3.	τοίνυν μὲν ἐκ πτωχῶν κ. τ. λ. .	—	τοιγάρτοι τούτων μὲν ἐκ πτωχῶν κ. τ. λ.
— 67. -	20.	p. 150. l. 5. .	—	p. 102. l. 23.
— .. -	22.	l. 19.	—	l. 29.
— 70. -	18.	*Cod. CCXLV. .	—	*Cod. CCLXV.
— 71. -	9.	contimnenda . .	—	contemnenda.



